

UNIVERSITY STUDIES

published by the
UNIVERSITY of CINCINNATI

FORUM CONCHE


FUERO DE CUENCA

THE LATIN TEXT OF THE MUNICIPAL CHARTER AND LAWS OF
THE CITY OF CUENCA, SPAIN.

Edited with an Introduction and Critical Notes by
GEORGE H. ALLEN, Ph.D.
Assistant Professor of Latin in the University of Cincinnati

IN TWO PARTS

PART II
Capitula ¹²XV—XLIV



SERIES II, VOL. VI, NO. 1

JANUARY-FEBRUARY, 1910

Issued Bi-Monthly
from the
UNIVERSITY PRESS
BURNET WOODS · CINCINNATI



T.1489271
RS-47(12)
10024136229
V.2


FORUM CONCHE



Edidit et apparatu critico instruxit
Georgius Henricus Allen.



PARS II
CAPITULA XV—XLIV.



CAPITULUM XV.

1. **De eo qui hominem super fideiussuram de salvo aut salutatum occiderit.** Mando itaque quod quicumque hominem super fideiussuram de salvo, aut salutatum, aut diffidiatum¹ occiderit, pectet quatuorcentos aureos si aufugerit²; si vero captus fuerit, precipitetur.

2. **De foro fideiussorum de salvo.** Si vero alcaldes non invenerint unde redditintegrationem habeant calumpniarum, fideiussores de salvo pectent omnes calumpnias usque ad tres novem dies, scilicet terciam partem in ropa, et terciam in ganato, terciam autem in auro. Et si usque ad tres novem dies hanc calumpniam non pectaverint, sicut dictum est, placito preterito, prohibeatur eis³ cibus atque potus, donec fame et siti in captione pereant⁴.

3. **De fideiussoribus de salvo qui reum habere non potuerint.** Tamen si fideiussores de salvo reum illum habere potuerint, et mittere in manu iudicis, soluti⁵ sint et liberi ab illa fideiussura.

4. **De homicida qui fideiussuram negaverit.** Si forte homicida fideiussuram de salvo negaverit, notarius concilii⁶ affirmet ei cum iudice, aut cum quodam alcalde, et pectet, sicut dictum est. Et si notarius aut iudex fideiussuram non viderint, affirment duo alcaldes, et pectet, sicut forum est. Si forte fideiussuram de salvo firmare non potuerit⁷, sicut dictum est, et occisor mortem tantum manifestaverit, pectet ducentos aureos. Pro fideiussura vero de salvo⁸ eligat querimoniosus⁹, aut quod homicida iuret ei¹⁰ cum duodecim vicinis, et sit creditus, aut quod iuret solus et compari suo respondeat;¹¹ si victus fuerit, subeat capitalem sentenciam, sicut superius

¹Affidiatum P. F.

²Sicut dictum est ad. E. F.

³Ei P. F.

⁴Pereat P. F.

⁵Salvi P.

⁶Concilii ad F. in margine.

⁷Potuerint F.

⁸Fideiussura de salvo E.

⁹Querelosus E.

¹⁰Ei om. P.

¹¹Et pugnet ad. E. F.

multociens dictum est; si vicerit¹, pectet ducentos aureos, et exeat inimicus, sicut forum est; de proditione tamen salvus habeatur.

5. **De homicida qui mortem et fideiussuram negaverit².**
 Et si forte mortem et fideiussuram de salvo negaverit, et convinci testibus non potuerit, salvet se cum duodecim vicinis, vel respondeat suo pari; si victus fuerit, precipitetur; si vicerit derreptetur in campo, et salutetur in concilio. Si forte proditor³ aufugerit, et fideiussores de salvo fideiussuram negaverint, firmet ei iudex, sive illi alcaldes, qui eos receperunt, et pectent⁴ quatuorcentos aureos. Si vero firmare non potuerint, dimittantur⁵ in pace, et nemo eos⁶ pro causa illa de cetero inquietet. Si forte iudex aut alcaldes, qui fideiussores⁷ receperunt, non fuerint superstites, quilibet fideiussorum salvet se cum duodecim vicinis, et sint crediti; si autem se salvare non potuerint, pectent quatuorcentos aureos pro supradictis calumpniis.

6. **In quo tempore debeant fideiussure renovari.** Propter predictas raciones⁸, ne huiusmodi fideiussure oblivioni tradantur, dignum statuere in foro duximus, quod omnes fideiussure⁹ de salvo quolibet anno renoventur in concilio, et scribantur a notario a festo Sancti Michelis usque a triginta dies.

7. **Quo pacto quis det fideiussores de salvo.** Quicumque fideiussores de salvo ad forum Conche¹⁰ dare debuerit, det eos pro se et pro tota sua parentela, que in termino Conche¹¹ fuerit.

8. **De eo qui fideiussores de salvo dare noluerit.** Ille autem qui suspectus fuerit, et fideiussores de salvo dare noluerit ad forum Conche, saltem invitus det eos usque in tertium diem. Sed si adeo perfidus fuerit, quod eos nullo modo velit dare, iudex et alcaldes capiant eum, et usque ad tertium diem iaceat in cipo. Die vero tertio transacto eiciatur ab urbe. Postquam autem deiectus fuerit ab urbe, si denuo in urbe aut in suo termino inventus fuerit, capiat eum iudex pro calumpnia

¹Subeat si vicerit *om. P.*

²Separatio non intercedit *E. F.*

³Difffidiatores *ad. F.*

⁴Pectet *P. E.*

⁵Dimittatur *P. F.*

⁶Eos *om. P. F.*

⁷Eos *P.*

⁸Mandamus *ad. P.*

⁹Fideiussuras *P. fideiussores E. F.*

¹⁰Ad forum Conche *om. P.*

¹¹Conche *om. P.*

centum aureorum, et totidem pectet dominus domus in qua testificatus fuerit.

9. **De inimico manifesto qui ad urbem reddierit ante salutationem vel in aliqua domo testificatus fuerit.** Omnis etiam inimicus postquam manifestus ab urbe exierit, si iterum in civitate aut in suis aldeis¹ ab inimicis suis testificatus fuerit, pectet centum aureos dominus in cuius domo testificatus² fuerit. Et licet eum³ testificari non possit⁴ in aliqua domo, tamen si aliquis suspectus fuerit ab eis⁵, quod eum receperit, oportet ut se salvet cum duodecim vicinis, quod postquam deiectus fuit⁶, in domo eius non intravit, et sit creditus. Si autem iurare noluerit, aut sacramentum complere nequiverit⁷, pectet centum aureos, ut supra dictum est.

10. **De percusso cum armis prohibitis qui percussorem percusserit.** Quamvis superius forum precipiat solvere calumpniam, quicumque hominem percusserit, aut occiderit; tamen si quis prius cum armis prohibitis percusserit quempiam, vel in barbam eius iniecerit manum, et passus iniuriam percusserit, vel occiderit illum, non pectet calumpniam, nec exeat inimicus.

11. **Quod omnes res tam scelerosi quam sue uxoris capiantur pro calumpniis.** Quia sunt loca et sunt gentes⁸, quibus est consuetudo atque forum, cum maritus homicidium perpetraverit, aut latrocinium, aut tale scelus, pro quo omnia bona habeat⁹ perdere, tunc uxor prius¹⁰ extrahat¹¹ omnem medietatem tocius substancie, que contigit eam,¹² et alia medietas capitur pro calumpnia, unde¹³ ad consuetudinem istam extirpandam mandamus, quod quicumque hominem occiderit, aut vendiderit, vel aliud scelus huiusmodi perpetraverit, et aufugerit, quod iudex intret omnia bona tam viri quam uxoris

¹Aldei P. aldeas E.

²Atestatus F.

³Cum F.

⁴Possint F.

⁵Ab eis suspectus fuerit E.

⁶Fuerit F.

⁷Non potuerit E.

⁸Et ad. P.

⁹Habet E. F.

¹⁰Prius om. F.

¹¹Extrait P.

¹²Ei E.

¹³Unde om. E.

pro calumpnia quam fecerit, quamvis radix seu mobile sit uxoris, et non mariti; uxor enim, que multociens gaudere solet cum lucro, quod vir¹ sibi asportat, non erit mirum si aliquando doleat² de rerum ammissione occasione mariti. Dignum utique est, ut que unum gaudium³ solent participare, tristiciam⁴ cum venerit⁵ participant⁶. Illud vero quod remanserit, calumpnia completa, de mobile aut de radice aut de peccunia, reddatur uxori, seu⁷ illis qui bona sua habere debuerint.

12. **Quod consanguinei capite puniti habeant bona sua.** Verumptamen si ille qui pro comisso⁸ scelere capite plexus fuerit, propinquiores⁹ consanguinei hereditent bona ipsius¹⁰ tam in mobili quam in radice.

13. **De eo qui thesaurum veterem invenerit.** Concedo etiam vobis quod quicumque thesaurum veterem invenerit, habeat eum, nec respondeat pro eo regi nec alio¹¹ domino. Sed tamen si quis in hereditate aliena thesaurum aliquem invenerit, dominus hereditatis habeat de eo medietatem.

14. **Aliud forum.** Concedo etiam vobis quod qui fuerit telonarius Conche, non exigat¹² pedaticum sive in villa, sive extra villam, nisi illud quod de iure habet exigere. Et licet mercator in villa pedaticum non paget, et telonarius¹³ eum in via assecutus fuerit, accipiat pedaticum, quod de iure debet accipere, et non aliam calumpniam, nec etiam eum faciat redire.

CAPITULUM XVI.

1. **De electione iudicis et alcaldum, notarii vel almutaçaph et de institucione apparitorum et de mercedes eorum.** Mando etiam quod in sequenti die dominica post festum Sancti Michelis concilium ponat iudicem et alcaldes, notarium, et questores, sacionem¹⁴ et almutazaf¹⁵, quolibet anno per forum.

¹Vir om. P.

²Dolet F.

³Uno gaudio E. F.

⁴Tristicia E. F.

⁵Venerint P.

⁶Participantur E. F.

⁷Sine P.

⁸Commissio E.

⁹Et ad. E.

¹⁰Illiis P.

¹¹Alii E.

¹²Erigat F.

¹³Telonearius P.

¹⁴Sacionem F.

¹⁵Almutazaph P.

2. Forum. Quolibet anno ideo dicimus, quia nullus debet tenere officium concilii, sive portellum, nisi per annum, nisi totum concilium aclamaverit pro eo. Eadem similiter die dominica collatio illa, cuius iudicatus illius anni fuerit, det iudecim prudentem, circumspectum, scientem discernere inter verum et falsum, et inter iustum et iniustum, et habeat domum in civitate et equum.

3. Forum. Quia quicumque casam in civitate populatam non tenuerit, et equum per annum precedentem, non sit iudex.

4. Forum¹. Similiter non sit iudex, neque alcaldus², qui iudicatum, vel alcaldiam³ vi habere voluerit.

5. De collatione dissidente in iudice dando⁴. Similiter quelibet collatio supradicta die dominica⁵ det suum alcaldem talem qualem iudicem assignavimus, habentem equum⁶ et in villa domum populatam ab anno precedenti⁷. Verumptamen si aliqua collatio supradicta die in iudice dando⁸ discors fuerit, iudex et alcaldes preteriti anni⁹ eligant eum iactando sortes super quinque homines illius collationis unde iudicatus esse debuerit, bonos atque discretos, sicut superius docuimus¹⁰. Super quem vero sors ceciderit, sit iudex, et non aliis.

6. De collatione dissidente in alcalde dando forum. Alcaldes similiter preteriti anni eligant alcaldem dissidentis collationis. Ille etiam qui iudicatum aut alcaldiam, vi parentele¹¹ habere voluerit, aut regis vel domini ville, aut eum vendiderit, sive in eo¹² participem fecerit ante sacramentum, non sit iudex cunctis diebus vite sue, neque teneat officium sive portellum concilii.

7. De sacramento iudicis et alcaldum, notarii et almutazaph, atque sagionis. Electione igitur¹³ facta, et a toto populo confirmata, iudex iuret super sacrosancta Evangelia, quod

¹Separatio non intercedit E. F.

²Alcaldus E.

³Vel alcaldiam om. E.

⁴Separatio non intercedit E. F.

⁵Dominica om. E. F.

⁶Equum qualem iudicem assignavimus habentem P. F.

⁷Post vocem precedenti separatio intercedit E.

⁸Dando iudice P. iudice F.

⁹Preteriti anni om. P.

¹⁰Diximus E.

¹¹PARENTIBUS P.

¹²Eum P.

¹³Iudicis E.

nec amore parentum, nec dilectione filiorum, nec cupiditate peccunie, nec verecundia persone, nec prece, nec precio amicorum vel vicinorum seu extraneorum forum violet, nec viam iusticie pretermittat. Subsequenter hoc idem iurent alcaldes, deinde notarius, et almuzataf,¹ et sagio.

8. **Quod omnes iurent in concilio qui fuerint electi.** Isti iurent in concilio, et etiam debent² iurare fidelitatem concilii, salvo tamen regis honore. Questores sive iurent in concilio, sive in curia alcaldum, non est curandum, nisi tantum ut iurent.

9. **De iudice aut alcalde qui infidelis fuerit.** Et si forte iudex aut alcalde³ de mendacio aut falsitate post sacramentum convictus fuerit, perdat officium, seu portellum concilii; insuper incartetur, ne amplius in testimonio recipiatur; et quodcumque dampnum illa occasione evenerit, pectet duplatum. Et hanc penam habeat iudex, aut alcalde⁴, qui veritatem occultaverit, vel aliud testes interrogaverit quam iudicaverit, aut mendacium firmaverit, aut infidelis concilio fuerit, sive iudicium charte despexerit⁵, aut ne legatur, prohibuerit, notarium minando, vel eum verbis exasperando.

10. **Quod iudex aut alcaldes pectent regi centum aureos.** Mando etiam iudici et alcaldibus, quod sint communes pauperibus et divitibus, nobilibus et ignobilibus. Et si forte culpa eorum aliquis iusticiam non habuerit, et ea occasione querimonia illius⁶ venerit ad me, et ego probare potuero⁷, quod secundum forum non sit iudicatus, iudex et alcaldes pectent regi centum aureos, et querimonioso peticionem duplatam.

11. **De iudice qui apparitorem mittere noluerit.** Similiter quicumque querimoniam proposuerit iudici et alcaldibus, sive in concilio, pro qua iudex deambulatorem habeat mittere et eum usque in sequenti die non miserit, querimoniosus conqueratur alcaldibus et tunc iudex pectet decem aureos alcaldibus, et querimonioso peticionem duplatam. Et si alcaldes⁸

¹Almuzataph P.

²Debent *om.* E.

³Alcaldus E. F.

⁴Alcaldus E.

⁵Contempserit E.

⁶Illa P.

⁷Probavero E.

⁸Et si alcaldes et querimonioso *in margine* F.

iudicem¹ cogere² noluerint, pectent concilio decem aureos, et querimonioso peticionem dupplatam.

12. **De eo qui querimoniam proposuerit in concilio antequam iudici.** Et quicumque querimoniam³ suam in concilio⁴ proposuerit, antequam iudici et alcaldibus ostendat, pectet decem aureos iudici et alcaldibus, et ei de quo fuerit conquestus, qui habeat partem, sicut unus de alcaldibus.

13. **De stipendio iudicis.** Et mando quod iudex accipiat pro mercede servicia, quod concilio⁵ fecerit, quadraginta menscales, et concilium det eos: accipiat etiam septimum quintarum et eorum que concilium regi, sive ville seniori voluntarie dederit.

14. **Forum.** Voluntarie ideo dicitur, quia numquam⁶ concilium Conchense regi, vel seniori, sive alteri per forum, vel de iure aliquid habet dare⁷: liberum⁸ enim⁹ facio ab omni regio iugo et senioris, et ab omni tributo, et offertione, et factendera. Tamen ubi rex vel senior¹⁰ ville fuerit iudex, non habeat septimum¹¹ quintarum. Preterea¹² habet iudex¹³ quinque solidos sue porte, et etiam septimam partem calumpniarum que pertinent ad palacium, quas ipse¹⁴ collegerit.

15. **De his que iudici veteri remanserit.** Et si forte iudici veteri aliquid remanserit de dato quod domino ville dederit concilium, aut de quintis, aut de computacione concilii in predicta dominica sui exitus, quod non sit paccatum, iudex novus pacet, et accipiat inde directum quod pertinet ad eum. Quare si iudex, aut alcaldes veteres ea die hominem captum tenuerint pro calumpnia non iudicata vel non manifesta, iudex cum alcaldibus novis iudicent eam, et colligant, sicut iustum fuerit. Sed si predicta die dominica iudex aut alcaldes veteres hominem

¹Et si iudicem alcaldes P.

²Colligere P.

³Concilio ad. P.

⁴Suam in concilio om. P.

⁵Concilii P. F.

⁶Numquam om. P.

⁷Habeat dare F.

⁸Eum ad. F.

⁹Illud ad. E.

¹⁰Maior ad. P.

¹¹Partem ad. F.

¹²Propterea P. F.

¹³Propterea habet iudex calumpniarum *in margine* F.

¹⁴Ille E.

captum¹ tenuerint pro calumpnia victa, aut manifesta, ipsi eam colligant, vel faciant quod sibi placuerit². Omnes alias calumpnias dividat³ iudex cum alcaldibus et alcaldes cum iudice, preter ea que dicta sunt.

16. **Quod nemini invito iudex iudicet vel alcalde.** Et sciendum est quod neque iudex neque alcaldes⁴ habent⁵ iudicare nisi in illis⁶ qui ad iudicium eorum venerint: hoc cantum est pro illis⁷ qui solent anticipare eos, qui veniunt ad iudicium.

17. **Quod iudex debet facere.** Hoc etiam debet facere iudex⁸; recipere⁹ fideiuosores de salvo pro calumpniis concilii; debet etiam colligere quintas et calumpnias et ea que concilium pro servicio regi sive alii dederit. Debet recipere¹⁰ superlevatores pro calumpniis et querimoniis que venerint ad eum. Debet recipere superlevatores¹¹ deambulatorum, et domos cum pignoribus, per quas¹² concilium habeat directa sua. Debet etiam dare directum omnibus sibi conquerentibus. Et debet pignorare eum qui¹³ pignora defenderit, vel abstulerit. Debet similiter ad suam portam iudicare eos¹⁴ qui ad placitum venerint¹⁵.

18. **De preconio causarum.** Hora vero preconandi sive includendi placita sit a tercia usque ad sextam. Principium vero placitorum preconetur in ambabus plateis. Et iudex iudicet ad suam portam cum alcalde adiurato, non cum alio.

19. **Si iudex extra profectus fuerit.** Si forte iudex pro aliqua necessitate¹⁶ extra civitatem alicubi¹⁷ perrexerit, loco suo relinquat quemdam alcaldum adiuratorum, qui loco suo iudicet, et suppleat vices eius abundantanter¹⁸. Sed si ita non fuerit¹⁹, ille iudex facticius pectet omne dampnum quod culpa eius in civi-

¹Captum om. P.

²Placuerint P.

³Dividant P.

⁴Alcalde P. F.

⁵Habet P. F.

⁶Misi illos P.

⁷Pro illis est P.

⁸Judex habet E.

⁹Accipere E.

¹⁰Et recipiat P. F.

¹¹Pro calumpniis superlevatores om. P.

¹²Pro quibus P.

¹³Cum quo P.

¹⁴Eis F. eos om. P.

¹⁵Venerint ad placitum P. F.

¹⁶Si forte aliqua occasione iudex P.

¹⁷Alicubi om. E.

¹⁸Habundanter P. F.

¹⁹Fecerit E.

tate evenerit. Iste sunt cause quas¹ iudex iuratus per se debet facere. Omnes namque alie² pertinent ad iudicem et alcaldes, ut iusticiam de malefactoribus facere, per totam urbem iudicia dare, atque insimulter in³ die veneris iudicare.

20. **De querimonioso qui iusticiam habere non potuerit culpa iudicis et alcaldum.** Quod si forte aliquis iniuriatus iudici vel alcaldibus conquestus fuerit, et statim ei non satisfecerint, pectent ei illam petitionem dupplatam, vel dampnum quod inde evenire potuerit dupplatum. Et hanc calumpniam dividat concilium cum quereloso.

21. **De iudice facticio quem iudex annalis extra civitatem miserit pignorare et ei pignora fuerint ablata.** Si iudex annalis loco suo⁴ in aldeas⁵ aliquem⁶ ad pignorandum miserit⁷, et ei pignora fuerint ablata, iudex annalis pignoret pro calumpnia decem solidorum, si ille iudex facticus cum uno vicino firmare potuerit.

22. **De eo qui iudici annali extra civitatem pignora defenserit.** Et si forte iudici annali similiter⁸ pignora abstulerit, pectet quinque aureos, et alcaldes pignorent pro ambabus calumpniis.

23. **De eo qui alcaldibus pignora abstulerit extra urbem.** Si forte ille perfidus hoc idem fecerit alcaldibus, pectet decem aureos⁹, et concilium pignoret pro omnibus calumpniis, sicut in sequentibus dicetur.

24. **Quod iudex facticus habeat in ista calumpnia.** Scendum est quod iudex facticus in sua calumpnia habet¹⁰ mediatem, et annalis aliam medietatem.

25. **Quod deambulator habeat in sua calumpnia.** Apparitor, seu questor, habeat¹¹ quartam partem in sua calumpnia.

26. **Quod iudex habeat partem in calumpnia alcaldum et e converso.** Calumpnias vero iudicis et alcaldum dividant iudex et alcaldes, excepta calumpnia decem solidorum, sicut dictum est.

¹Quod P.

²Cause ad. E.

³In om. P.

⁴Aliquem miserit ad. P.

⁵Aldeis P.

⁶Aliquem om. P.

⁷Miserit om. P.

⁸Similiter om. P.

⁹Aureorum E. F.

¹⁰Habeat E.

¹¹Habet F.

27. De venditore mercimoniorum concilii. Iudex et alcaldes statuant venditorem publicum mercium venalium, quem vulgus¹ vocat corredorem, sive sit Christianus, sive Iudeus, aut Sarracenus. Et quicumque alium vendentem huiusmodi² merces invenerit, auferat eas illi³ sine calumpnia.

28. De iudice qui pro iudicio munus acceperit. Si iudex aut alcaldes latenter pro iudicio ab aliquo disceptantium⁴ munus acceperit, iudicium eius irritum habeatur, et insuper pectet peticionem duplatam, pro qua sentencia data fuerit.

29. De officio notarii. Notarius quippe quia in regimine civitatis secundarius est a iudice et⁵ alcaldibus, ideo secundario de eo dicendum est. Notarius sit fidelis in libro legendō, in computacione concilii, et in patronē concilii, quod semper eum teneat qualem illum cum adiuratis scripserit. Caveat etiam ne in libro iudiciorum⁶ aliquid abradat, aut scribat sine precepto regis, vel tocius concilii. Similiter computationes iudicis et alcaldum fideliter teneat, ne in eis fraudem faciat.

30. De mercede notarii. Notarius, si ista que dicta sunt, fideliter custodierit, det ei concilium quadraginta mencales, et Maurulum⁷ unum, cum concilium hostem fecerit, et aliud⁸ lucratum fuerit. Postulatio⁹ quam fecerit in concilio¹⁰ in capite anni rata habeatur.

31. De pena infidelis notarii. Si notarius de falsitate, aut de fraudatione¹¹ convictus fuerit usque ad centum mencales, pectet eos duplatos ut latro; a centum et supra, si deprehensus¹² fuerit in fraudem, aut in libro iudiciorum aliquid abraserit, vel apposuerit, abscondatur¹³ ei pollex dexter, et dampnum, quod fecerit, pectet duplatum.

32. De mercede alcaldum. Concilium itaque det unicuique alcaldum decem mencales pro servicio concilio allato.

¹Vulgo E. F.

²Huiusmodi *om.* P.

³Illi *om.* P.

⁴Disceptantium *om.* P.

⁵Ab *ad.* F.

⁶Iudiciorum *om.* E.

⁷Maurum P.

⁸Aliquid F.

⁹Postulationem etiam F. Postulationem autem P.

¹⁰In concilio *om.* P.

¹¹Fractione F.

¹²Deprensus F.

¹³Abscidatur P. F.

Mando quod quicumque de aliquo alcalde in curia conquestus fuerit, statim iudex et alcaldes cogant eum satisfacere quereloso, et donec istud fiat¹, nulla alia causa tractetur.

33. **De officio almutazaph.** Almutazaf itaque sit super mensuras annone, vini, et olei, et salis, et super pensas et libras, et carnifices, et tendarios, tabernarios, panificas², piscatores, montanarios, figulos ollarum, et super figulos³ tegularum et laterum⁴, super lixas et lignarios vel calones⁵, super revenditores, et apotecarios. Et iste faciat sacramentum in concilio, ut teneat fidelitatem in his⁶ que carta preceperit, vel concilium incautaverit.

34. **De eo qui conquestus fuerit almutazaph.** Si aliquis conquestus fuerit almutazaf pro aliqua istarum predictarum causarum, statim pignoret pro calumpnia cauti quod in sequentibus dicetur.

35. **Qualiter calumpnia dividatur almuzataph.** Et haec calumpnia dividatur in tres partes: unam terciam dividat almutazaf cum quereloso⁷; due vero residue sint concilii ad claudenda foramina civitatis⁸.

36. **De negligente almutazaph.** Si almutzaaf in his, que dicta sunt, neglegens⁹ fuerit, aut querimonioso iusticiam non fecerit, vel compositionem latenter cum aliquo fecerit, pectet decem aureos iudici et alcaldibus et querimonioso.

37. **De racione reddenda.** Similiter si platea almutazaf caruerit, ita quod querimoniosis non sit qui iusticiam faciat de his¹⁰ que superius assignavimus, pectet decem aureos iudici, et alcaldibus, et querimonioso. Preterea almutazaf reddat concilio rationem almutazafie; et si in aliquibus de fraude facta convictus fuerit, mutileetur¹¹ auribus, et tonsus per omnes

¹Faciat P.

²Paneficas E.

³Super figulos *om.* E.

⁴Et laterum *om.* E.

⁵Colones P. E.

⁶Iis E.

⁷Querimonioso P.

⁸Maiordomus habeat vero soldata quinquaginta menkales et sit unus fuerit iudex et qui contradixerit pectet decem aureos et de istos aureos sint iudex et alcaldes medietatem et maiordomo medietatem et pro istas calumpnias non eant ad senior et si quis appellaverit cadat a causa *in margine ad.* F.

⁹Negligens F.

¹⁰Eis E.

¹¹Mutilentur P.

calles fustificetur¹, aut redimat se centum aureis, quod magis concilio² placuerit.

38. **Quod almutazaph qualibet septimana videat mensuras.** Omnes mensuras predictas et pensas, scilicet panificarum, tabernariorum, carnificum, et ceterorum³ in unaquaque septimana mensuret et ponderet. Et apud quem mensuram minutam invenerit, pignoret eum pro calumpnia decem aureorum,⁴ et frangat eam coram omnibus sine calumpnia. Ipse etiam videat ne aliquis stercus aut inmundiciam in callibus proiciat,⁵ et si aliquis callem⁶ sordidaverit,⁷ pignoret eum pro calumpnia quinque solidorum.

39. **Quod quilibet vicinus habeat potestatem mensuras tenendi.** Et quilibet vicinus Conche teneat pensas et mensuras in domo sua sine calumpnia, si eas iustas tenuerit. Quoniam quicumque mensuras aut pensas iniustas tenuerit,⁸ pectet calumpnias ad forum Conche.

40. **De officio aparitorum.** Apparitores debent ire in mensagiis concilii, et in nunciis ad que⁹ iudex et alcaldes ire preceperint, eos quia¹⁰ ipsi¹¹ in omnibus et per omniai udici et alcaldibus obtemperare tenentur. Et etiam per forum a mane usque ad noctem stet ante iudicem unus apparitorum¹². Apparitores etiam puniant malefactores et¹³ custodiant captos quos iudex pro calumpnia aut¹⁴ aliquo reatu tenuerit. Omnes etiam apparitores debent in curia alcaldum in die veneris semper assistere presti. Si omnes apparitores in die veneris, dum alcaldes in curia steterint, presti non fuerint, et aliqua¹⁵ culpa eorum in curia fuerit, pignorent eum pro uno aureo. Similiter si aliquis apparitorum cotidie non steterit, ut dictum est, ante iudicem, omnes simul pectent unum aureum.

¹Fustigetur E. fusticetur F.

²Concilio om. P.

³Et ceterorum om. P. F.

⁴Aureos F.

⁵Prohiciat P.

⁶Stercus E. P.

⁷Callem ad. P.

⁸Quoniam tenuerit in margine F.

⁹Ubi P.

¹⁰Qui E.

¹¹Ipsi om. P.

¹²A mane apparitorum in margine F.

¹³Et om. P. F.

¹⁴Vel P.

¹⁵Aliqua om. P. F.

41. **De eo qui preceptum iudicis non fecerit.** Siquis etiam apparitorum precepta iudicis et alcaldum¹ non fecerit, alius de peccunia illius conducatur, et mittatur ad locum, ad quem² ille pergere recusabat.

42. **De apparitore qui messagium concilii malefecerit.** Si aliquis apparitorum messagium³ concilii, iudicis, vel alcaldum male miserit infra terminum, pectet quinque aureos alcaldibus et querimonioso⁴; si extra terminum, decem pectet aureos.

43. **De infideli apparitore.** Siquis etiam apparitorum pro fidelitate ad regem missus fuerit, et iudicium quod⁵ in curia regis datum fuerit⁶, mutaverit, abscidatur⁷ ei lingua.

44. **De apparitore qui sine precepto pignoraverit.** Apparitor qui sine precepto iudicis vel⁸ alcaldum pignoraverit, redat pignora duplata, et alcaldibus unum aureum pectet.

45. **De apparitore qui ex precepto pignoraverit.** Cum autem apparitor ex precepto iudicis aut alcaldum pignoraverit, det illi pignora, sive sit iudex, sive alcalde⁹, ex cuius precepto pignoraverit. Ille vero qui pignora receperit, sit auctor apparitori illius impignorationis¹⁰, si necesse fuerit. Si vero apparitor istud¹¹ non fecerit, et pignora alibi deposuerit, impignoraverit¹², aut male miserit, duplet pignora querimonioso, et unum aureum iudici et alcaldibus pectet.

46. **Si apparitor de curia ad pignorandum missus fuerit.** Si iudex et alcaldes, dum in curia steterint, apparitorem miserint pignorare, pectet quinque solidos, si in civitate factum fuerit, quicumque pignora ei abstulerit; si in aldeis ei fuerint ablata, pectet decem solidos ille qui ea abstulerit¹³, si cum uno vicino firmare potuerit, tam in villa quam extra.

47. **De mercede apparitorum¹⁴.** Concilium det apparitori-

¹Et alcaldum *om.* P.

²Ubi P.

³Mensagium E.

⁴Quereloso E.

⁵Qui P.

⁶Datum fuerit *om.* P.

⁷Abscidatur P.

⁸Et P. aut F.

⁹Alcaldis P. E.

¹⁰Pignorationis P. F.

¹¹Si illud P.

¹²Impignoraverit *om.* P.

¹³Si in aldeis . . . qui ea abstulerit *om.* P. *in margine* F.

¹⁴Unusquisque apparitorum accipiat pro mercede sui laboris quadragesinta menkales et iurati ducant eos in prima noticia post festum Sancti Michaei *in margine ad.* F.

bus pro stipendio suorum laborum unam octavam de omni hereditario, atque de omni ministeriali¹, qui viginti mencales et supra habuerit, exceptis militibus et apportellatis.

48. **De apparitore qui captum custodierit.** Si aliquis² apparitorum captum custodierit, et a captione forte evaserit, questor intret in loco³ fugiti, et pectet quod ille pectare debebat⁴, vel sufferat penam que⁵ fugiti fuerat destinata.

49. **De venditore quem alcaldes instituerint.** Venditor etiam, quem alcaldes instituerint, primo iuret fidelitatem in curia alcaldum.

50. **De pena infidelis venditoris.** Et si facto sacramento de falsitate vel de furto convictus fuerit usque ad quinque mencales, mutilentur ei aures; et si usque ad decem, eruatur ei dexter oculus; et usque ad viginti, ambo oculi sibi eruantur; a viginti⁶ et supra, precipicio detur⁷. Venditor⁸ de quolibet aureo habeat unum denarium de rebus quas vendiderit, et secundum hanc rationem habeat de ceteris rebus quascumque vendiderit⁹.

51. **Quod venditor nil emat de rebus sibi datis.** Tamen sit venditori¹⁰ prohibitum, ne umquam sibi retineat, aut emat, de his¹¹ que sibi data fuerint ad vendendum.

52. **Quod venditor habeat de Mauro quem vendiderit.** **Quod venditor habeat de bestiis quas vendiderit.** Cum vero venditor Maurum vendiderit, aut aliquam hereditatem, habeat dimidium mencalem; si equum, habeat octo denarios; si asinum aut bovem, habeat quatuor nummos.

53. **Quod venditor exeat auctor.** Venditor exeat auctor pro rebus quas vendiderit. Verumptamen si auctor exire noluerit, et alias ei e contra firmare potuerit, pectet ipse¹² venditor totam petitionem duplatam.

54. **De officio sagionis.** Sagio, seu preco preconetur con-

¹Ministrali F.

²Siquis E.

³Locum P.

⁴Deberet P.

⁵Quod F.

⁶Viginti P.

⁷Post vocem detur incipit alia lex E.

⁸Venditor om. P. F.

⁹Et secundum . . . vendiderit om. P.

¹⁰Ei F. venditori om. P.

¹¹Iis E.

¹²Ipse om. P.

cilium ex precepto iudicis, et non alterius, ter in ambabus plateis. Similiter preconetur placita porte iudicis. Preconetur etiam quicquid alcaldes ei¹ mandaverint, excepto concilio et placitis porte iudicis. Preconetur similiter cunctas perditas, pro quibus querimoniosus² venerit ad eum, et etiam³ illud quod fuerit inventum. Ipse etiam⁴ almonetas almofallarum, tam in villa quam extra. Preterea teneat portam curie alcaldum in die Veneris, et non alia die.

55. Quod sagio habeat de preconio almonedarum. De preconio almonetarum si bestiam caballarem vendiderit, accipiat quatuor denarios⁵; de bove sive⁶ asino habeat duos denarios⁷; de Mauro vero habeat⁸ unum obolum, et non plus. Et si de aliquo⁹ preconativo plus exegerit, pectet unum aureum. Si bestia perdita, tam ville quam extra apparuerit suo preconio habeat duos denarios; pro Mauro accipiat quatuor denarios, si fuerit vicini¹⁰, aut de termino Conche; pro Mauro qui de termino non fuerit, accipiat unum¹¹ mencale. Et de aliis rebus secundum computationem unius aurei obolum accipiat.

56. De mercede sagionis. Sagio pro soldata¹² accipiat a concilio in capite anni viginti mencales.

57. De sagione (qui) mingua fecerit. Si forte in his que officii sunt sagionis¹³ mingua culpa sua evenerit, pectet unum¹⁴ aureum iudici et alcaldibus, et querimaniioso.

CAPITULUM XVII.

1. Qualiter unusquisque possit habere directum de debitore suo sive de conversus quem causam habuerit pignorando in domo sua hoc modo. Mando preterea quod quicumque de alio querimoniam habuerit casam populatam in civitate habente,

¹Ei *om.* F.

²Querelosus P.

³Preconetur et E.

⁴Ipse etiam *om.* E.

⁵Numos F.

⁶Vel P.

⁷Numos F.

⁸Vero habeat *om.* E.

⁹Alio P.

¹⁰Vicinus P.

¹¹Unum *om.* P. F.

¹²Soldada E. solidata F.

¹³Sagionis *om.* P. F.

¹⁴Unum *om.* F.

prima die cum uno vicino de collatione contempсорis, aut cum uno¹ vicino morante usque ad tertiam, aut quartam domum capiat paleam pro signo. Prima die ideo signum capere mandamus, ut si pignoratus super illud signum voluerit habere forum, non pignoretur amplius. Sed si pignorator super hoc² dictum illum pignoraverit, nec satisfactionem super signum recipere voluerit³, reddat pignora cum quinque solidis. Et quod dicimus de signo, dicimus de aliis pignoribus. Ille autem qui super signum ad forum exire noluerit⁴, pignoret eum cotidie adversarius sine calumpnia, donec exeat ad forum. Tamen non pignoret massam nec ropam⁵ de lecto in quo infirmus iacuerit, nec pignora viva, mortua inveniendo. Si autem pignora mortua non invenerit, pignora viva.

2. **De pignoribus in quibus massa iacuerit⁶.** Si vero alia non invenerit⁷, nisi ea in quibus fuerit massa, ponat eam in panno mundo, et levet alia⁸ pignora. Si vero alia pignora non invenerit nisi ea que fuerint in lecto infirmi, ostendat⁹ illud vicino cum quo¹⁰ pignorat; et illico levet portas quas ipse¹¹ magis voluerit omnium domorum, sive curie. Et portis ablatis, statim aplacitet eum ad portam iudicis¹², sicut forum est. Sed si forte portas extrahere non potuerit, ostendat¹³ illud vicino predicto, et statim aplacitet contempsorem suum, ut dictum est.

3. **De pignorante percusso.** Si forte ille qui pignoraverit, percussus aut vituperatus fuerit in domo sui contempсорis, pignoraticius quamcumque calumpniam fecerit, pectet duplatam testimonio illius vicini cum quo pignoraverit vice sagionis¹⁴.

4. **Impignoratione testimonium saionis credatur.** Testimonium autem istius¹⁵ vicini¹⁶ semper credatur in omnibus causis

¹Uno om. P. F.

²Hoc om. P. F.

³Noluerit P. F.

⁴Voluerit E.

⁵Ropam in qua sit massa, nec ropam E.

⁶Non intercedit separatio E. F.

⁷Pignoret vox (ultimae voces superioris legis) invenit in margine F.

⁸Illa E.

⁹Hostendat P. F.

¹⁰Quod E.

¹¹Ille P. F.

¹²Ad portam iudicis om. P.

¹³Hostendat F.

¹⁴Sagionis P. F.

¹⁵Illiis P.

¹⁶Vel sagionis ad. E.

que in pignoratione evenerint¹, tam pro pignoribus quam pro² calumpniis.

5. **De pignorante domum non habente.** Si pignorans domum in civitate non habuerit, sive fuerit³ ignotus predictus vicinus teneat pignora. Quod si facere noluerit, et pignora pignoratus amiserit, sagio pectet illa.

6. **De pignorato ad forum exente.** Cum⁴ pignoratus ad forum exierit, pignorator faciat cum eo alcaldes qui iudicent eos⁵. Si vero ambo iudicium receperint, statim pignora sint soluta, et usque ad solis occasum reddita. Si vero alteri⁶ iudicium non placuerit, appellat ad curiam diei Veneris. Tamen si pignorans appellaverit, pignora reddantur, sicut dictum est. Si vero pignoratus appellaverit⁷, non reddantur.

7. **De pignoribus iudicio alcaldum solutis.** Pignora que iudicio alcaldum facticiorum seu iuratorum fuerint soluta, ea die usque ad solis occasum reddantur. Et si pignorans ea die⁸ non reddiderit, pectet pignorato quinque solidos pro unaquaque nocte, qua pignora penes eum pernoctaverint.

8. **De eo qui cum vicino suo pignorare noluerit.** Si vicinus cum suo vicino ad pignorandum ire⁹ noluerit, pectet quinque solidos.

9. **De pignoranti qui super pignora ad forum exire noluerit.** Si pignorans super pignora pignorato¹⁰ ad forum exire noluerit, pignoratus faciat super eum testes, et si ipsa die ad forum non exierit, alia die reddat pignora cum quinque solidis. Si forte pignorans ea die pignora¹¹ non reddiderit¹², et penes eum semel¹³ pernoctaverint, pignoret eum pignoratus cotidie, et non exeat ad forum, nec satisfaciat ei, nec respondeat ei¹⁴ pro aliquo, donec pignora sua cum quinque solidis recuperet. Pignoribus recuperatis, satisfaciat ei, si denuo pulsatus fuerit.

¹Evenerit P. F.

²Pro om. P. F.

³Sit E. F.

⁴Dum E.

⁵Eis F.

⁶Eorum ad. E.

⁷Pignora ad. E.

⁸Illa ad. E. usque ea die *in margine* F.

⁹Ire om. P.

¹⁰Pignoranti P. F.

¹¹Pignora om. E.

¹²Pignora ad. E.

¹³Semel om. P.

¹⁴Illi E.

10. **De eo qui ad refertam pignoraverit.** Quicumque pignoratorem suum ad refertam pignoraverit, aut applicitaverit, pectet quinque solidos, et ea die reddat pignora; quod si non fecerit, iterum pectet alios¹ quinque², quoziens apud eum³ pernoctaverint. Ille pignorat ad refertam, qui ante satisfactionem, vel ante quam pignoratorem⁴ pulset ad forum, eum pignoraverit, et⁵ contra.

11. **De eo qui in urbe pignora defenderit.** Quicumque in civitate pignora defenderit, vel⁶ abstulerit, pectet dimidium mencalem, et iudex pignoret sufficienter pro calumpnia et querimonia, et calumpniam illam dividat cum querimonioso. Siquis iudici⁷ pignora in civitate deffenderit, pectet unum aureum, et alcaldes pignorent eum defensorem pro querimonia et calumpnia sufficienter⁸.

12. **De eo qui in urbe alcaldibus pignora defenderit.** Quicumque alcaldibus in civitate pignora defenderit⁹, pectet decem aureos, et concilium pignoret pro querimonia et calumpnia¹⁰.

13. **De calumpnia concilii cum pignoraverit.** Tamen quicumque pro pignoribus ablatis concilium ad pignorandum incitaverit, sexaginta mencales se sciatur¹¹ pectaturum. Calumpnia istorum¹² sexaginta mencialorum, pro qua concilium pignoraverit, concilii est, et non alterius, ad faciendum de illis quicquid populo placuerit.

14. **Querimoniosus nichil habeat in calumpnias iudicis et alcaldum.** Querimoniosus nichil accipiat de calumpnia iudicis¹³ vel alcaldum, que in pignoratione emerserit¹⁴; immo iudex et alcaldes dividant eas inter se.

15. **Cum (iudex) aut alcaldes pignorare perrexerint et sufficientia non invenerint.** Cum iudex aut alcaldes, sive con-

¹Iterum pectet alios *in margine* F.

²Solidos *ad. P.*

³Pignora *ad. E.*

⁴Pignorantem *P.*

⁵E *P.*

⁶Aut *P.*

⁷Iudex *F.*

⁸Pro querimonia et calumpnia *om. P.* pro querimonia pignorent eum defensorem F.

⁹Abstulerit *F.*

¹⁰Pro calumpnia et querimonia *E.* et etiam pro calumpnia sexaginta mencialorum mencales *P.*

¹¹Faciat *F.*

¹²Istorum *om. P. F.*

¹³Iudicij *E.*

¹⁴Evenerit *P.*

cilium¹, pignorare perrexerint pro prefatis calumpniis tam in civitate, quam in aldeis, et pignora sufficientia ad petitionem et calumpnias non invenerint², capiant³ personam iniuriantis, et non exeat⁴ a captione iudicis, donec pectet calumpnias supradictas, et satisfaciat quereloso, vel pectet ei⁵ petitionem.

16. De eo qui concilio pignora defenderit. Siquis concilio pro elatione superbie, vel bandi, pignora defendere temptaverit,⁶ pectet centum aureos, et totidem pectet⁷ quilibet auxiliatorum eius; insuper concilium occupet domos, substantias, et personas illorum elatorum, donec pectent omnes calumpnias et petitionem. Preterea si in illa motione⁸ aliquis concilii hominem illorum occiderit, non sit inimicus, nec pectet proinde calumpniam. Si forte aliquis illorum superborum hominem concilii percusserit, pectet calumpniam, quamcumque fecerit⁹, duplatam secundum forum et institutiones Conchenses. Si autem eum occiderit penitus precipitetur.

17. De pignoranti qui ter in die hostium clausum invenerit. Si querelosus¹⁰ in aliquam domum pignorare voluerit, et hostium¹¹ ter in die clausum invenerit, scilicet in mane, meridie et¹² in hora nona, ostendat¹³ illud vicino cum quo pignorare habuerit, deinde vocet iudicem: iudex vero aperiat portam sine calumpnia, et det pignora querimonioso ad petitionem sufficientia, et etiam pignoret eadem hora pro calumpnia dimidii mencialis iam superius dicta.

18. De eo qui in domo clausa homines testificatus fuerit. Si querimoniosus in aliqua predictarum horarum cum illo¹⁴ vicino homines intus testificatus fuerit, clamet ad ianuam, et si ei aperire noluerint, statim vocet iudicem, et iudex aperiat portam, et pignoret pro petitione et¹⁵ calumpnia, sicut pro pignoribus ablatis.

¹Sive concilium *om.* P.

²Invenit P.

³Capiat P.

⁴Exeat E.

⁵Ei *om.* P.

⁶Tentaverit E.

⁷Pectet *om.* E. T.

⁸Ratione E.

⁹Fuerit E.

¹⁰Querimoniosus P.

¹¹Ostium E.

¹²Et *om.* P. F.

¹³Hostendar F.

¹⁴Aliquo E.

¹⁵Pro ad. E.

19. **De inconfesso pignorum ablatore.** Cum pignoratus forte suo pignoranti dixerit se pignora ei non abstulisse, vel defendisse, et iniuste iudicem duxisse super eum, tunc¹ probet pignorator testimonio illius vicini, cum quo pignorare volebat, se² pignora abstulisse, et tunc redimat pignora de manu iudicis. Si forte hoc probare non potuerit pignorator, ipse redimat pignora de manu iudicis³.

20. **Dum iudex annalis in urbe sanus extiterit facticius non valeat.** Cum iudex annalis sanus in civitate fuerit, et alium loco suo ad pignorandum miserit, non pectet calumpniam qui ei pignora abstulerit. Sed si forte iudex infirmus fuerit in civitate, aut extra profectus fuerit, ille, quem⁴ loco suo reliquerit, habeat omnimodam iudicis potestatem, donec annalis ad urbem revertatur.

21. **Si mors iudicis ante tempus prevenerit.** Si forte iudex annalis obierit antequam terminus iudicatus⁵ compleatur, sit iudex ille⁶ loco eius qui bona sua hereditare debuerit, et quicquid heres in iudicatu acquisierit, dividat cum aliis coheredibus⁷ sicut cetera bona. Si forte nullum heredem habuerit, concilium ponat iudicem de illa collatione unde iudicatus fuerit, quemcumque sibi placuerit.

CAPITULUM XVIII.

1. **De applicacionibus qualiter unusquisque debet applicare sive sit cives sive rusticanus et de preconio placitorum.** Si querimoniosus in civitate domum non habentem adversarium suum invenerit,⁸ applicitet eum in facie trium vicinorum in alia die ad portam iudicis: alia die si applicatus ad placitum venerit, ducat secum pignora ad quinque solidos sufficientia; et antequam respondeat, mittat illa⁹ in manu

¹Eum tunc *om.* P.

²Sibi *ad.* E.

³Si forte de manu iudicis *om.* P.

⁴Qui F.

⁵Indicatus E. F.

⁶Ille *om.* E.

⁷Heredilus aliis E.

⁸In civitate *ad.* E.

⁹Ea P.

iudicis in fidelitate¹; deinde habeant iudicium, et si cui² iudicium non placuerit appellat ad diem Veneris³. Tamen si pignoratus appellaverit, iudex querimonioso pignora tradat⁴. Si autem querimoniosus appellaverit, pignora sint soluta.

2. **De eo qui ad placitum non venerit.** Si quis contempnorum, ut dictum est, ad placitum non venerit, pectet quinque solidos, de quibus iudex habeat medietatem, et ille qui venerit⁵, aliam medietatem.

3. **De eo qui ad placitum pignora non adduxerit.** Si applicatus pignora non adduxerit, ut dictum est, pectet quinque solidos, de quibus iudex habeat medietatem, et querimoniosus aliam medietatem.

4. **De eo qui dixerit; "Dominum habeo."** Si forte applicatus dixerit, "dominum⁶ habeo," non valeat ei, nisi fuerit mancipium mercennarium, aut iuvarius⁷, aut ortolanus⁸, seu pastor. Nam si talis non fuerit, et ad placitum non venerit, pectet quinque solidos. Si vero ortolanus⁹, aut pastor, aut iugarius fuerit, aut mancipium mercennarium, pignoret in domo dominorum suorum, donec habeat directum vel satisfactiones.

5. **De eo qui domum cum pignoribus ostenderit.** Si quis domum alienam cum pignoribus ostenderit querimonioso, non valeat ei, sed eat ad placitum, vel pectet, ut dictum est¹⁰. Quicumque pro alio casam dederit cum pignoribus, pectet decem aureos, nisi eam pro rege, aut pro domino urbis dederit¹¹.

6. **De eo qui debitorem suum extra villam invenerit.** Si querimoniosus extra villam, aut in aldea suum debitorem, aut aliquem¹² adversus quem causam habeat, invenerit, domum in civitate non habentem, applicet eum in diem terciam¹³ ad portam iudicis. Cum applicatus ad terciam diem venerit ad

¹Fidelitatem F.

²Eorum ad. E.

³Et si cui ad diem Veneris appetat in margine F.

⁴Reddat E.

⁵Et querelosus P.

⁶Domum E.

⁷Iugarius P.

⁸Hortulanus E.

⁹Hortulanus E.

¹⁰Post verbum est incipit nova lex E. F.

¹¹Quicumque dederit om. P.

¹²Aliquem om. E.

¹³Tercium P.

placitum, portet secum pignora ad quinque solidos sufficientia, et illa pignora mittat in manu iudicis. Postea iudex audiat rationes¹ hinc et inde, et quod iustum fuerit, tandem iudicet eis. Adversariorum cui sentencia iudicis non placuerit, appellat ad diem veneris; sed tamen si petitor appellaverit, statim applicato pignora reddantur: si forte applicatus appellaverit, iudex querimonioso mox pignora reddat². Preterea sciendum est quod applicator, sive sit ville, sive sit³ aldearum, cum pignora ei tradita fuerint, debet ea custodire, ne malemittantur, donec per sentenciam iudicis et alcaldum sint absoluta.

7. **De pulsanti qui pignora malemiserit.** Si quis autem⁴ pignora malemiserit, vel dampnificaverit, seu alibi impignoraverit, reddat ea duplata.

8. **De pignoribus qui pro sentencia iudicis et alcaldum fuerint absoluta.** Pignora etiam quecumque sentencia iudicis vel alcaldum fuerint absoluta, si⁵ ea die redditia non fuerint, possessore eorum pectet cotidie quinque solidos, sicut superius assignatum est.

CAPITULUM XIX.

1. **De superlevatoribus capiendis ab illis qui domos non habuerint.** Mando preterea quod si querelosus debitorem suum, vel versus quem causam habuerit⁶, invenerit, exigat ab eo superlevatorem; quem si dare noluerit, aut nequiverit, statim dicat ei, ut eat cum eo ad intrandum in captionem: quod si facere noluerit, pectet decem aureos alcaldibus et querimonioso: totidem etiam pectet quicumque eum defenderit. Et iudex pignoret pro istis calumpniis, et insuper capiat debitorem, nisi superlevatorem dederit pro cauto⁷ et petizione. Quicumque autem superlevatorem dederit, non capiatur, sed statim applicet eum ad diem veneris, et ibi pectet calumpniam iudici, et etiam satisfaciat quereloso, aliter non recedat a curia, quin capiatur⁸.

¹Voces P.

²Reddantur P.

³Sit om. P.

⁴Pulsans E.

⁵Et P.

⁶Habeat E. F.

⁷Capto F.

⁸Quin capiatur om. P.

2. De eo qui superlevatorem volentem dare (ceperit). Quicumque hominem volentem dare superlevatorem ceperit, secundum ius Conchense pectet trecentos solidos, nisi fuerit latro, aut scelerosus, quia istis superlevator¹ non valet². Similiter non capiatur ille³ qui adversanti dixerit; “Veni mecum, et dabo tibi superlevatorem;” sed tamen in illo loco debet ei cognominare tres vicinos valituros infra muros; et⁴ cognominatis pergit cum eo ad querendum eos⁵. Et si forte aliquem illorum cognaminatorum domi non invenerint, capiatur sine calumpnia. Similiter capiatur, si eos invenerit, nec tamen eum⁶ superlevare voluerint⁷. Tamen si in via alium invenerint qui eum velit superlevare non capiatur. Recepto superlevatore, querimoniosus pignoret in domo sui contempсорis⁸, si domum habuerit, et habeat forum sicut dictum est. Si vero domum non habuerit, appacitet eum ad portam iudicis, et si ad placitum non venerit, iudex cum querimonioso pignoret superlevatorem cotidie pro petizione, et quinque solidis, donec debitorem ducat ad satisfactionem. Cum autem venerit, habeat uterque forum, sicut superior ostensum⁹ est.

3. De eo qui inopia superlevatoris captus fuerit. Quicumque pro indigentia superlevatoris captus fuerit, exeat a captione, quandocumque¹⁰ superlevatorem habere potuerit. Et qui eum recipere noluerit, pectet trecentos solidos, nisi pro debito manifesto¹¹ captus fuerit, et convictus.

4. Quis debeat recipere in superlevatura. In superlevatura vero nullus recipiatur nisi qui domum cum pignoribus in civitate habuerit. Quare mulier coniugata neminem superlevare potest, quia in potestate mariti est; nec filius¹² dum in potestate patris fuerit; eadem ratione, nec servus, nec iudex,

¹Superlevatorem P. F.

²Valeat F.

³Illi P. F.

⁴Quibus E.

⁵Illos F.

⁶Eos P. F.

⁷Noluerint P. F.

⁸Contentoris E. contempitoris F.

⁹Hostensem F.

¹⁰Quemcumque E.

¹¹Manifestus PP.

¹²Fili P.

nec alcalde¹ concilii iuratus², nec notarius, quia omnes isti sunt incautati³; neque clericus, nisi ex precepto episcopi aut archidiaconi seu etiam archiepiscopi: nam iudex secularius in clericum potestatem non habeat⁴. Tamen omnes isti, scilicet iudex, alcalde⁵, notarius atque clericus possunt superlevare eos, qui panem suum comedent, iurando tamen primitus, quod panem suum comedunt, et mandatis eius obtemperant, ante sacramentum autem non recipiantur.

5. **Quod superlevatura post dimidium annum non valeat.** Superlevatura pro homine facta post dimidium annum cassetur, excepta superlevatura mercennarii vel servientis.

6. **De eo qui debitorem manifestum superlevaverit.** Ille qui debitorem manifestum superlevaverit, habeat inducias trium novem dierum querendi debitorem⁶ quem superlevaverit⁷.

7. **In qualibet novena veniat iurare superlevator.** Et etiam in qualibet novena iurando quod eum pro posse suo quesivit, nec reperire potuit⁸, quicumque superlevator debitoris manifesti fuerit, et inducias trium novem dierum receperit ad debitorem querendum, in quacumque⁹ novena si iurare non venerit, cadat a causa¹⁰, et statim pectet superlevaturam.

8. **De superlevatore qui debitorem habere non potuerit.** Ille vero, ut dictum est, qui iurare venerit¹¹, et in tercia novena debitorem habere non potuerit, pectet vice debitoris omnem superlevaturam, nec amplius habeat spaciū pectandi, vel debitorem adducendi.

9. **De superlevatore qui debitum habere non potuerit.** Si superlevator debitum habere non potuerit unde pectet¹², capiat eum iudex, et mittat in captione¹³ querelesi.

10. **De superlevatore qui ante captionem debitorem habere potuerit.** Si superlevator debitorem habere potuerit mani-

¹Alcaldis E. F.

²Adiuratus P.

³Incauti P.

⁴Habet E.

⁵Alcaldis E. F.

⁶Superlevatorem E.

⁷Superlevavit P.

⁸Potuerit F.

⁹Unaquaque E.

¹⁰A causa *om.* E. F.

¹¹Superlevator qui iurare voluerit E.

¹²Unde pectet *om.* E.

¹³Cumptione F.

festum¹, recipiatur in loco superlevatoris, et superlevator exeat a captione; debitor vero iaceat in captione, donec totum debitum persolvat. Si superlevator antequam capiatur, debitorem manifestum habere potuerit, et eum presentaverit.² ante querimoniosum et iudicem et alcaldes, penitus a superlevatura solvatur³.

11. **Cum superlevator superlevaturam dimiserit.** Cum superlevator solutus a superlevatura fuerit, statim debitor capiatur, nec exeat a captione, donec pectet; et licet alium superlevatorum velit dare, non audiatur.

12. **De superlevatore qui pro debitore aliquid solverit.** Si superlevator aliquid persolverit pro debitore, pectet ipse qui eum in superlevatura miserit quicquid datum fuerit duplatum.

13. **De debitore qui non subvenerit superlevatori.** Si superlevator intraverit in spacium adducendi debitorem ad diem placiti, et cum eo venire noluerit, faciat ei testes, et si superlevator pectaverit, duplet debitor⁴, et quicumque⁵ pro superlevatura pectaverit, filii aut uxor debitoris, si quos habuerit manifestos⁶, duplent, si debitor fugerit.

14. **De superlevatore qui uxorem aut filios manifestos habere potuerit⁷.** Si antequam superlevator pectet, debitorem, ut dictum est, invenire vel adducere non potuerit, et uxorem, aut filios debitoris superlevator manifestos facere potuerit, recipiat eos querimoniosus in loco sui debitoris. Si filii debitoris, sive uxor superlevaturam negaverint, convincat eos superlevator per forum, tamquam si ageret cum ipso debitore. Et si forte filios⁸ aut uxorem non habuerit, respondeat pro eo qui bona sua tenuerit⁹. Ille qui hominem non manifestum superlevaverit, et eum ad placitum trium novem dierum habere non potuerit, respondeat querimonioso loco illius quem superlevaverit; et illud quod firmaret suo contemptori, firmet superlevatori, ut forum est. Si firmare non potuerit, iuret in voce alterius, et credatur ei.

¹Debitor *ad. E.*

²Presentare F.

³Absolvatur a superlevatura E.

⁴Et si superlevator duplet debitor *om. E.*

⁵Quidquid E.

⁶Manifestos *om. P. F.*

⁷Separatio non intercedit E.

⁸Debitor *ad. E.*

⁹Eius habuerit E. Post vocem tenuerit (habuerit E.) *incipit nova lex E. F.*

15. **Quod ante alcaldes quilibet relinquat superlevaturam.** Quicumque a superlevatura exire voluerit, presentet contemp-torem¹ ante querelosum, et duos alcaldes, vel tres vicinos, et dicendo; "Exeo de ista superlevatura," sit solutus; aliter non.

16. **De eo qui superlevaturam negaverit.** Si superlevator negaverit superlevaturam, firmet querimoniosus, sicut forum est, ei², et superlevator duplet peticionem. Si querimoniosus firmare non potuerit, cadat a causa.

17. **De eo qui scelerosum superlevaverit.** Quicumque latronem, homicidam, scelerosum, vel ineptum superlevaverit, iudici vel alcaldibus, ut eum presentet concilio, vel regi, et ad placitum eum habere non potuerit, ipse sustineat penam, quam superlevatus pati debuerit.

18. **De debitore vel superlevatore novem dierum.** Qui-cumque peccuniam superlevaverit, aut fideiussor, vel³ debitor peccunie fuerit, aut dixerit; "Ego persolvam hanc peccuniam,"⁴ ante alcaldes iuratos vel factios, illi alcaldes dent⁵ ei pro sententia⁶, ut illam peccuniam ad novem dies persolvat. Quod si non fecerit⁷, pectet eam duplatam, et unum aureum alcaldibus in cautum qui ei⁸ iudicium dederunt.

19. **Quociens debitorem novem dierum qui ad placitum non venerit.** Et quociens querelosus debitorem illum⁹ in placito tenuerit, et ei se firmare promiserit, statim dent ei placitum firmandi, et non valeat ei appellatio regis nec Veneris, neque carte. Et si ad placitum non venerit, cadat a causa¹⁰, et pignorent eum alcaldes pro duplo et peticione, et aureo cauti. Similiter pignorent eum cotidie, quociens applicatus ad placi-tum non venerit, pro cauto aurei, de quo habeant medium¹¹, donec veniat ad placitum.

20. **De eo qui debitorem fugere timuerit¹².** Et est ani-madvertisendum¹³ quod postquam debitor in curia ante alcaldes

¹Contempsorem P. contentorem F.

²Ei om. P.

³Fideiussor vel om. P.

⁴Calumpniam P.

⁵Tunc ad. E.

⁶Tunc ad. F.

⁷Potuerit E.

⁸Ei om. P.

⁹Suum E.

¹⁰A causa om. D.

¹¹Cauto aurei medium om. P.

¹²Separatio non intercedit E.

¹³Advertisendum F.

fuerit manifestus, non habet recedere, quin paget, vel capiatur¹. Si querimoniosus forte debitorem fugere, vel recedere timuerit, sive etiam ad placitum non venire², exigat ei³ superlevatorem, ut si ipse⁴ ad placitum non solverit, superlevator pectet loco illius ad placitum novem dierum, et etiam cautum alcaldum et placiti⁵ inclusi.

21. **Superlevatori novem dierum non detur spaciū nisi ut debitori.** Superlevatori⁶ debitoris ad novem dies incautati non detur aliud spaciū, nisi ut ipsi debitori. Et si⁷ ad diem prefixum non solverit, duplet peticionem et cautum, sicut ipse debitor.

22. **De eo qui superlevatorem dare noluerit aut nequiverit.** Si querimoniosus a debitore incautato superlevatorem quesierit, et eum⁸ dare noluerit, aut nequiverit, capiatur sine calumpnia.

23. **De debitore novem dierum qui ad placitum non venerit aut non solverit domum non habens⁹.** Si debitor incautatus ad placitum non solverit, vel ad placitum non venerit, sive etiam domum non habuerit, aut pignora, neque superlevatorem querelosus tenuerit, capiat eum iudex, et tradat eum quereloso pro peticione, et duplo, et cauto placitorum, ubicumque repertus fuerit.

24. **De debitore novem dierum existente extra terminum.** Si debitor incautatus ad placitum non solverit, et extra terminum fuerit, nullus pro eo neque uxor, neque filii intrent in placitum, immo duplent peccuniam et aureum cauti, ut sepe dictum est.

CAPITULUM XX.

1. **De eo qui pro peccunia firmare debuerit.** Si debitor incautatus debitum, aut incaucionem¹⁰ negaverit, firmet querimoniosus cum illis alcaldibus qui eos¹¹ iudicaverunt; et

¹Post verbum capiatur *incipit nova E.*

²Venire *scripsi*, veniret P. F. venerit E.

³Ab eo P.

⁴Debitor *ad. E.*

⁵Placitum P.

⁶Superlevatoris E. Superlevator F.

⁷Superlevator ipse *ad. E.*

⁸Debitor *ad. E.*

⁹Habentem ms.

¹⁰Incaucionem P.

¹¹Eis P. F.

si firmaverit debitor, duplet peticionem, et pectet¹ alcaldibus unum aureum cauti, et etiam quinque solidos.

2. **De eo qui pignora dare noluerit.** Si querimoniosus firmare debuerit pro peccunia aliqua, seu debito, prius ille qui inficiatur, mittat pignora peticionem in duplo valentia, aut ipsam peccuniam, aut pedem in manu iudicis, sive alcaldum; postea querimoniosis firmet.

3. **De eo qui pignora dare noluerit².** Quicumque pignus habendo pedem in manu iudicis sive alcaldum mittere voluerit³, non recipiatur, sed pocius iudex et⁴ alcaldes cogant eum pignora dare: et si forte pignora non habuerit, iuret se pignora non habere, et mittat pedem suum.

4. **De eo qui attestatio recipere noluerit.** Quicumque firmas recipere debuerit, et pignora noluerit mittere, seu attestaciones recipere, cadat a causa, et statim iudex capiat eum, et donec pectet, a captione non exeat.

5. **De eo qui ad placitum testium non venerit.** Si quis firmas recipere debuerit, et ad placitum venire noluerit, si in civitate fuerit, capiat eum iudex, unde non exeat, donec omne debitum persolvat.

6. **De eo qui firmare debuerit et post permissionem defecerit.** Si petitor se firmas dare promiserit, et cum eisdem firmare non potuerit, cadat a peticione.

7. **De superlevatore debitoris novem dierum.** Si debitor superlevatorem dederit, et ad placitum non paccaverit, nec in villa fuerit, superlevator pectet debitum et caustum, sicut dictum est.

8. **Item de superlevatore debitoris novem dierum.** Si vero superlevator superlevaturam negaverit, firmet querimoniosus tamquam suo debitori. Si superlevator⁵ incautati debitoris firmas recipere, aut pignora dupli mittere, seu ad placitum venire noluerit, cadat a causa; insuper iudex capiat eum statim, et mittat in captione querelosi.

9. **De debitore vel superlevatore novem dierum, si fugerit a captione.** Si debitor incautatus, aut eius superlevator extra

¹Pectet om. P. F.

²Separatio non intercedit E.

³Noluerit P.

⁴Vel E.

⁵Superlevatorem P. F.

civitatem a captione fugerit, capiat eum querimoniosus, ubi-
cumque eum reperire potuerit, sine calumpnia.

10. **De eo qui pro peccunia novem dierum firmas recipere
noluerit.** Quicumque alcaldes, seu firmas recipere debuerit,
primum mittat peccuniam que valeat peticionem, aut pignora
que duplo¹ totam peticionem valeant, aut suum pedem, iurando
se pignora non habere; et si hoc non fecerit, cadat a causa, et
statim capiatur, nec exeat a captione, quousque totum debitum
persolvat.

11. **De eo qui testes congruos deiecerit.** Similiter cadat a
causa quicunque firmas recipere debuerit et eas reiecerit² ipsis
congruis existentibus. Ille autem qui firmare debuerit, et
testes competentes ad diem placiti non habuerit, sicut forum est,
cadat a peticione³.

12. **Quod testes sint, compotentes.** Forum precipit et
iuris institutiones, quod cives vicini atque filii civium vici-
norum iurent et firment contra vicinum civem, aut contra⁴
filium civis vicini, et non aliis. Cives vicinos⁵ appellamus⁶
omnes illos⁷ tam civitatis, quam aldearum qui scribuntur in
patrone, atemplantes, mediarii, milites, et clerici porcionarii.
Et isti tales firment contra vicinum, et contra⁸ quemlibet alium
hominem; morator vero firmet contra moratorem.

13. **Quot testes valeant in urbe aut extra.** Quicumque
pro debito aut peticione firmare debuerit, firmet in civitate
cum tribus vicinis, extra civitatem⁹ cum duobus. Quamlibet
peticionem seu debitum negaverit quicunque, et ei querimo-
niosus firmare potuerit, sicut forum est, pectet peticionem dupla-
tam.

14. **De eo qui cum alcaldibus firmare debuerit.** Quicum-
que debitum seu peticionem negaverit, et querimoniosus e
contra cum alcaldibus iuratis vel facticiis firmare potuerit¹⁰,
pectet peticionem pulsanti cum duplo, et alcaldibus quinque

¹Duplo P.

²Eos eiecerit P.

³Causa P.

⁴Contra om. P. F.

⁵Vicinos P. F.

⁶Apellantur E.

⁷Illi mss.

⁸Contra om. P. F.

⁹Civitatem om. P.

¹⁰Potuerit om. P.

solidos. Nam omnes alcaldes tam iurati, quam facticii contra quemcumque firmare debuerint, si vicerint, colligant quinque solidos ab inficianti de iure¹. Si querimoniosus super pignora dupli² firmaverit, statim iudex det pignora firmanti. Et si usque ad novem dies pignora illa redempta non fuerint, sint transacta tamquam ab isto empta, et vendita ab illo.

15. **Duo alcaldes sive sint iurati sive facticii possunt firmare.** Quamvis in precedenti capitulo sit preceptum, in civitate tres vicinos firmare, et extra duos, tamen duo alcaldes, sive sint iurati, sive facticii, possunt firmare infra civitatem, et extra.

16. **De debitore qui iam persolvisse (dixerit).** Quicumque petitori dixerit, se iam paccasse³ eum⁴ vel alium⁵ ex precepto eius, vel alicubi debitum deditis sui mandato, et petitor negaverit, firmet debitor, et credatur ei⁶. Si vero firmare non potuerit, iuret ille qui petit, et debitor pectet duplatam illam peticionem. Propter eiusmodi⁷ lites evitandas cautum est, quod⁸ quicumque debitum solvere debuerit, coram alcaldibus⁹, vel viciniis illud persolvat, qui firment cum eo, cum fuerit necesse.

17. **Quod pueri qui duodenii fuerint recipientur in testimonium.** Filii vicinorum qui duodenii fuerint, firment usque ad viginti mencales; supra viginti vero firmet ille qui ad reputum respondere voluerit; et si respondere noluerit, non sufficit ad testimonium.

CAPITULUM XXI.

1. **De testimonio fidelium vel facticiorum.** Quandocumque etiam testes, seu fideles, seu alcaldes facticii firmaverint, usque ad viginti mencales¹⁰ non reptentur ac sint crediti¹¹, supra viginti vero, si crediti non fuerint, reptentur.

¹ Post vocem de iure incipit nova lex in codicibus E. F.

² Dupli om. P.

³ Pacavisse E.

⁴ Ei E.

⁵ Alii E.

⁶ Sed ille qui dicit quod id paccasse in margine ad. F.

⁷ Huiusmodi P.

⁸ Ut P.

⁹ Alcaldes P. F.

¹⁰ Usque . . . mencales om. F.

¹¹ Sint crediti E. non reptentur P. non reptentur ac sint crediti in margine F.

2. **De testimonio iuratorum.** Sed si alcaldes iurati, vel iudex, sive notarius simul firmaverint, non reptentur, et sint crediti.

3. **De testimonio iurati et aliorum non iuratorum.** Verumtamen si iudex, aut aliquis alcaldum iuratorum, seu notarius cum aliis non iuratis firmaverint supra viginti mencales, si crediti non fuerint, reptentur.

4. **De eo qui pro petione et viginti et infra reptaverit.** Et qui¹ viginti² et infra³ firmas reptaverit, seu alcaldes factios, vel fideles, pectet sexaginta mencales.

5. **De clero qui cum laico firmaverit.** Similiter si clericus cum laico⁴ a viginti⁵ mencialibus et supra firmaverit, si creditus non fuerit, reptetur cum laico⁶. Et si sors super laicum⁷ ceciderit, pugnet, sicut forum est; si autem super clericum ceciderit, purget se septima manu clericorum habentium talem ordinem, aut maiorem. Similiter si cum mortuo firmaverit, purget se septima manu.

6. **De clero qui laicum reptaverit.** Si clericus laicum⁸ reptaverit, salvet se⁹ cum duodecim viciniis; et postquam se purgaverit, sit creditus, et derreptatus.

7. **De layco qui cum mortuo firmaverit.** Si laicus¹⁰ cum mortuo firmaverit a viginti mencialibus et supra, reptetur, si creditus non fuerit.

8. **De iudice qui iudicium sue porte firmaverit.** Cum iudex iudicium sue porte firmaverit cum iuratis vel non iuratis¹¹, sit creditus, et non reptetur.

9. **Qualiter reptati iacent sortes.** Firme autem que reptate fuerint, iacent sortes per manum alcaldum, et super quem sors ceciderit, pugnet. Si vero vicerit, sit creditus et derreptatus; si forte victus fuerit, duplet peticionem pro qua reptatus fuerit.

¹A ad. P.

²Vigincti P.

³Mencalorum ad. E.

⁴Layco P.

⁵Vigincti P.

⁶Layco P.

⁷Laycum P.

⁸Laycum P.

⁹Laicus ad. E.

¹⁰Laycus P.

¹¹Cum iuratis vel non iuratis om. E.

10. Quod socii adiuvent eum in omnibus expensis et in calumpniis super quem sors ceciderit. Et in omnibus expensis firme adiuvent eum¹, et in calumpnia solvenda², ita quod, quamvis ipse sit victus, non plus pectet quam aliis³ sociorum reptatorum. Si clericus et laicus⁴ fuerint reptati, et clericus⁵ se purgare debuerit, ut dictum est, laicus⁶ adiuvet eum dando medietatem expensarem. Similiter si laicus⁷ pugna se⁸ purgare⁹ debuerit sortis occasione, clericus adiuvet eum in omnibus¹⁰ expensis, illi medietatem imperciendo. Si clericus aut laicus¹¹ pro mortuo firmare debuerit, et fuerit reptatus¹², cum nullo iactet sortes. Sed si clericus fuerit, et se purgare¹³ nequiverit, pectet petitionem duplatam, sicut forum est, nemine eum adiuvante. Similiter si laicus¹⁴ fuerit, hanc eamdem¹⁵ subeat sentenciam.

CAPITULUM XXII.

1. Qua die pugiles debeant parificari. Et quicumque pugnare debuerit, parifcentur in die sabbati, et non in die Veneris, sicut superius dictum est.

2. De eo qui se dixerit linenciosum esse. Sed tamen si reptatus fuerit linenciosus, eadem hora, qua fuerit reptatus, ostendat¹⁶ linenciam¹⁷ alcaldibus, si extra fuerit; si vero intus fuerit linencia, aut in loco in quo pudeat ostendi¹⁸, iuret quod pro linencia illa pugnare dimittat, et alia occasione non, et sit creditus. Verum tamen si eadem hora linenciam non ostenderit¹⁹, aut se esse linenciosum non dixerit, postea non valeat

¹In expensis ad. F. super quem sors ceciderit ad. E.

²Solvenda om. E.

³Aliis P.

⁴Laycus P.

⁵Clericus E.

⁶Laycus P.

⁷Laycus P.

⁸Pugna se om. E.

⁹Pugnare mss.

¹⁰Omnibus om. P.

¹¹Laycus P.

¹²Et fuerit reptatus om. P.

¹³Pugnare F.

¹⁴Laycus P.

¹⁵Eadem P. F.

¹⁶Hostendat F. illam ad. E.

¹⁷Suam ad. P.

¹⁸Ostendere E. hostendi F.

¹⁹Hostenderit F.

ei occasionem illam proponere, sed potius parificetur¹, et pugnet².

3. **De placito linencioso.** Ille autem qui pro linencia pugnam dimiserit, alcaldes dent ei placitum novem dierum, ut sua vice det alium pugilem communem, qualem in sequentibus dicemus.

4. **De reptato super quem sors ceciderit.** Preterea qui cumque reptatus fuerit, postquam sors cecederit super eum, ut dictum est, statim inibi dicat, si eques³, vel pedes⁴ velit pugnare.

5. **De eo qui se militem dixerit pugnare.** Si dixerit quod miles, alcaldes dent ei placitum trium novem dierum, ut in unaquaque novena ille⁵, qui petit, adducat quinque milites, qui non sint stipendiarii, nec brachiarii⁶, neque sinistrarii⁷, nisi qualis fuerit reptatus.

6. **De equalitatibus pugilum.** Et cum milites⁸ adducti fuerint, iudex cum alcaldibus inspiciat⁹ fideliter, quis pugilum adductorum consimilis reptato fuerit in omnibus.

7. **De reptato qui usque ad tertium diem permanserit invictus¹⁰.** Et si aliquis quindecim¹¹ militum in illis tribus novenis non se parificaverit reptato, iuret reptatus statim, et sit creditus atque derreptatus. Si vero aliquis se parificaverit reptato, ipsa nocte vigilant, alia vero die celebrata missa induant arma. Postea iuret reptatus, quod veritatem defendit; et statim ille, qui petit, reptet eum. Deinde iuret quod reptatus falsum iuravit. Et ista iuramenta fiant super altare tactis sacrosanctis evangelii. Hoc facto, pergent ad campum. Cum autem fuerint in campo, iudex et alcaldes ostendant eis metas campi; deinde dividant eis solem. Postquam vero pugnare ceperint, si aliquis eorum metas¹² transierit, sit victus. Semper vero¹³

¹Parificentur P.

²Purget E.

³Equester E.

⁴Pedester E.

⁵Illa P. F.

⁶Bracerii E. F.

⁷Sinistri E. F.

⁸Milites om. P. F.

⁹Inspiciant P. F.

¹⁰Separatio non intercedit in codicibus E. F.

¹¹Quinque E. illorum quindecim F.

¹²Metam E.

¹³Conquirat E.

ille qui petit conquerat¹, et reptatus defendat. Et si forte reptator derrocaverit reptatum descendat² quando sibi placuerit³. Et si usque ad terciam diem⁴ vincere non potuerit⁵, usque ad occasum solis, reptatus sit creditus, et statim in campo derreptetur⁶. Similiter si reptatus vicerit, in campo statim derreptetur⁷.

8. **De reptato convicto.** Si autem reptatus victus fuerit, et pugna pro falso testimonio fuerit, pectet petitionem duplatam, et teneat eum querelosus⁸, donec pectet.

9. **De reptato convicto in quo palacium ius habeat.** Si⁹ victus fuerit pro calumpnia, in qua palacium partem habeat, teneat eum iudex donec pectet, nisi in campo¹⁰ dederit fideiussores valituros pro tota petitione. Palacium vero numquam mittat manus in illum.

10. **De reptato qui reptatorem deiecerit.** Si reptatus derrocaverit reptatorem, et usque ad tertium diem pugna duraverit, in tercio¹¹ die¹² ad horam nonam descendat de equo, et alter impetat eum usque ad solis occasum. Et si usque ad illam horam pugna maniata fuerit, aut victa, fiat de pugilibus¹³ sicut superius dictum est.

11. **De reptato qui se peditem dixerit velle pugnare.** Si reptatus dixerit peditem se velle pugnare, dent alcaldes reptatori placitum trium novem dierum, et¹⁴ in unaquaque novena ducat quinque pedites, qui non sint brachiarii¹⁵, neque sinistri, neque ferrarii, nisi qualis fuerit, reptatus, nec etiam homo qui iam in Concha pugnam¹⁶ fecisset.

12. **Item de equalitatibus pugilum.** Et illi quinque pedites,

¹Conquerat F.

²Ad eum ad. F.

³Et si forte . . . placuerit om. E, ubi post vocem reptatus defendat *incipit nova lex*.

⁴Tercium diem F.

⁵Si ille qui petit in tercio die vincere non potuerit repratum E.

⁶Dereptatus F.

⁷Dereptatus F.

⁸Querimoniosus P.

⁹Reptatus ad. E.

¹⁰Campum P.

¹¹Tercia E.

¹²Reptatus ad. F.

¹³Pusilibus P.

¹⁴Ut E.

¹⁵Brazerii E. F.

¹⁶Pugna P. F.

quos in unaquaque novena duxerit¹, iudex cum alcaldibus fideliter inspiciat, quis adductorum pugilum fuerit reptato consimilis² in omnibus; et si ei³ comparem invenerint, luctentur. Sed tamen prius iuret uterque quod totam vim suam in illa lucta ostendat. Et si reptator reptatum bis ad terram⁴ iactaverit, ducat ille, qui petit, alios quinque⁵ in secunda novena, et faciat similiter. Et si usque ad terciam novenam parificari non potuerint, iuret reptatus solus, et sit creditus et derreptatus. Si forte usque ad terciam novenam parificati⁶ fuerint⁷ sicut dictum est, vigilent et iurent et eant ad campum, sicut superius ostensum⁸ est.

13. **De armis pugilum.** Per forum autem sint hec militis arma, scilicet lorica, galea, occree⁹ ferree, lancea, scutum, et duo gladii. Eadem etiam sint arma peditis dempto uno ense¹⁰.

14. **De pugile qui arma absconsa ad campum portaverit.** Si forte aliquis pugilum ad campum alia arma portaverit, aut maleficium fecerit¹¹, eo ipso¹² cadat a causa.

15. **De eo qui pugnatori arma in campo dederit.** Similiter quicumque alia arma scienter in campo alicui pugnatorum dederit, pectet centum aureos. Pectet etiam sexaginta mencales quicumque pugnatoribus verbum aliquod¹³ dixerit, postquam pugnam iniverint¹⁴.

16. **De eo qui metam campi intraverit.** Sexaginta mencales etiam pectet quicumque metas campi intraverit. Et iste calumpnie sint alcaldum et querelosi; tunc fidelis intrent, et stent in campo ubicunque eis placuerit.

17. **Quod mete campi non abrevientur.** Et ille mete, quas alcaldes tam militibus quam peditibus in illa¹⁵ die posuerint, non abrevientur, donec pugna sit finita. Equi etiam militum, et

¹Cum pedites adducti fuerit in unaquaque novena E.

²Sit consimilis reptato P.

³Ei om. P. F.

⁴Aut terciam P. ad terciam F.

⁵Pedites ad. E.

⁶Parificatus P. F.

⁷Fuerit P. F.

⁸Hostensem F.

⁹Ocre F.

¹⁰Gladio E.

¹¹Fecerit om. P. F.

¹²Et ipse P. ipse F.

¹³Aliquid P. F.

¹⁴Pugnam inierint P. pugnam iniverit E. pugna iniverint F.

¹⁵Prima E.

virilia per forum¹ sint semper treguata², et equos non³ percuntant, et qui hoc fecerit⁴, cadat a causa. Et si uti fideles dixerint, se scienter fecisse⁵, cadat a causa, stando super equos, et non aliter⁶. Pugnatores itaque donec pugna sit victa⁷, simul comedant, et iaceant in domo iudicis.

18. **De custodia pugilum.** Et ipse eos custodiat⁸ ab omni colloquio⁹ ceterorum hominum; et alia die iudex et alcaldes mittant pugnatores in campo armatos¹⁰, eo modo quo¹¹ eos extraxerint, et arma eorum ponant similiter in campo eo modo quo ea invenerint¹².

19. **De compositione pugnatorum.** Pugnatores autem componant inter se, quandocumque sibi placuerit, sive ante pugnam, sive in pugna, nisi reptum fuerit pro furto, vel homicidio. Si enim pro furto, vel homicidio fuerit, nequeunt componere sine palacio, pugna incepta.

20. **De mercede pugilis conducticii.** Precium vero pugilis conducticii sit viginti mencalorum. Et si victus fuerit, habeat decem, et si forte interfectus fuerit, illi decem mencales dentur uxori, aut heredibus eius¹³. Postquam autem in campo fuerint, et pugnam inierint, habeat, decem mencales, quamvis compositionem¹⁴ pugna remaneat. Sed si antequam sit armatus¹⁵, compositionem aliquam fecerint, nichil accipiat. Postquam vero fuerit armatus, donec pugnam ineat, habeat quinque mencales, si fecerint compositionem.

21. **De pugile occiso.** Preterea mandamus quod victus habeatur ille¹⁶ qui in campo interfactus fuerit, et interfector non pectet calumpniam proinde, nec exeat inimicus.

¹ Per forum *om.* E.

² Attreguata F.

³ Et equos non *om.* F.

⁴ Fregerit F.

⁵ Fecerint F.

⁶ Sint semper treguata et non aliter *om.* P. et equos non et non aliter *in margine* F.

⁷ Finita E.

⁸ Ipse iudex custodiat pugiles E.

⁹ A colloquio E.

¹⁰ Armati P. F.

¹¹ Quod P.

¹² Eos extraxerint F. *ubi vox* arma eorum eos extraxerint (ea invenerint) *in margine est.*

¹³ Suis P.

¹⁴ Compositione E.

¹⁵ Pugna sit armatus *om.* P.

¹⁶ Ille *om.* P.

22. De lanceis pugilum. Per forum etiam cuspides lancearum pugnatorum hebetentur¹.

23. Quod aparitoes custodian arma pugilum. Pugnatores itaque postquam missi fuerint in campo, aparitoes custodian arma eorum, et pro mercede istius laboris habeant unum mencalem²; et si forte aliqua arma perdita fuerint, aut furata, ipsi ea restituant.

24. De preconio campi. Sagio preconetur in campo quicquid necesse fuerit, veluti ea que superius³ diximus. Pugil qui socium suum ex precepto iudicis et alcaldum in campo⁴ derreptare noluerit, pectet centum aureos iudici et alcaldibus.⁵

CAPITULUM XXIII.

1. De debitore qui⁶ recesserit a civitate antequam det superlevatorem. Item mando quod si debitor forte a civitate recesserit antequam det superlevatorem, querimoniosus pignoret in domo sui debitoris, sicut superius dictum est.

2. De uxore qui virum suum in termino non esse (dixerit). Si uxor virum suum dixerit in termino non esse, iuret ante alcaldes, se verum dicere, et etiam in sacramento illo mittat, quod metu illius debiti non recessit; et tunc alcaldes dent ei inducias trium novem dierum, in quibus maritum⁷ suum ad satisfactionem adducat.

3. Quod uxor iuret in qualibet novena. Si uxor maritum suum in aliqua istarum novenarum⁸ non adduxerit, in qualibet novena veniat iurare, quod maritus suus adhuc in termino non est.

4. De uxore que ad placitum non venerit iurare. Si vero⁹ ad ista placita non venerit iurare, pignoret querimoniosus cotidie in domo sui debitoris, donec peccuniam suam recuperet, vel illud quod sibi debebatur, si uxor manifesta fuerit.

¹Ebetentur P. non ebetentur F. *et in margine* iacent sortes super eas.

²Communis eorum et alcaldes et notarius comediant quinque menkales cotidie super eos *in margine* F.

³Supra P.

⁴In campo om. E.

⁵Alcaldibus et quereloso E. F.

⁶Quod ms.

⁷Maritum om. E.

⁸Novenarum om. P.

⁹Uxor E.

5. De uxore debitoris que manifesta non fuerit. Si autem uxor debitoris non fuerit manifesta, respondeat in voce mariti sui¹; et quicquid querimoniosus cum ea fecerit, firmum sit ac stabile.

6. De filiis debitoris. Si debitor uxorem non habuerit, sed filios, querimoniosus habeat illud forum cum filiis², quod cum uxore diximus³ habendum⁴.

7. De debitore qui neque uxorem neque filios habuerit. Si debitor uxorem nec filios habuerit,⁵ respondeat in voce debitoris ille qui bona sua habuerit, sicut uxor aut filii⁶.

8. De eo qui in tali voce debitoris in placitum semel intraverit. Quicumque pro tali causa in voce debitoris semel in placitum intraverit, amplius in placitum, aliud pro eadem causa⁷ non admittatur.

9. De marito qui venerit ad placitum. Si in predictis⁸ placitis maritus venerit per se, aut uxor eum adduxerit, et statim debitum non solverit, vel querimonioso non satisfecerit, et a civitate recesserit, nullus de cetero pro eo intret in placitum; immo querimoniosus pignoret cotidie donec uxor debitum solvat aut⁹ voce mariti satisfaciat.

10. De debitore qui fuerit in termino. Verumptamen pro debitore qui in termino fuerit nullus intret in placitum, sed pocius¹⁰ pignoret querimoniosus omni die, donec habeat directum, vel debitum recuperet.

11. De debitore profecto ad regem. Si uxor aut filii qui bona debitoris habuerint, dixerint¹¹ debitorem¹² in termino non esse, quia profectus est ad regem, vel in¹³ peregrinationem, seu ad venandum, expectet querimoniosus adventum eius.

12. De profecto in hostem. Similiter expectet adventum

¹Debitoris P.

²Eis P.

³Dicimus E.

⁴Ut iam diximus habendum P.

⁵Non habuerit F. non habuerit uxorem neque filios E.

⁶Debitoris ad. E.

⁷Pro eadem causa om. P.

⁸Supradictis P.

⁹Vel P.

¹⁰Pocius om. E.

¹¹Dixerit P. F.

¹²Debitorem om. P. F.

¹³Ad P.

debitoris¹, si uxor dixerit² in hostem, aut in arrequam³ esse profectum.

13. **De profecto ad venatum.** Cum autem dixerit eum ad venandum isse, expectet eum, ut dictum est, iurando tamen, uxor, quod ubicumque ipse sit, non mittat, ei panem, nec victualia aliqua.

14. **De profecto in negociatione.** Cum vero dixerit isse in arrequam, expectet redditum axeae⁴; si in hostem, expectet adventum conducis, vel aliorum sociorum illius⁵.

15. **Cum iudex reddierit sive conduxit.** Nam postquam axeae⁶ venerit, sive conduxit, aut socii exercitus, sive expeditionis, et debitor non venerit, querimoniosus pignoret in domo debitoris, donec habeat directum, aut debitum recuperet.

16. **De debitore captivo.** Si uxor debitoris dixerit mari- tum suum esse captivum, aut infirmum⁷, aut mortuum, statim respondeat voce illius.

17. **De debitore infirmo.** Tamen cum⁸ dixerit⁹ esse infirmum, habeat spacium triginta dierum¹⁰, et his¹¹ diebus transactis, si debitor non venerit¹², respondeat pro eo. Et cum aliquam istarum occasionum proposuerit, iuret se verum dicere, et credatur ei¹³.

18. **Quod voce uxoris respondendi habeat focaria.** Quecumque statuta et iudicata sunt de uxore debitoris, sint¹⁴ statuta et iudicata¹⁵ de filiis, et concubina, si bona debitoris possiderit,¹⁶ aut quicumque¹⁷ sit aliis.

19. **De debito infirmo vel de termino existente.** Spacium

¹Expectet . . . debitoris *om.* P. F.

²Uxor dixerit *om.* P. F.

³Requam E. dixerit *ad.* P. F.

⁴Acsee P.

⁵Eius E.

⁶Exea E. acsea P.

⁷Aut infirmum *om.* P.

⁸Si F.

⁹Eum *ad.* E.

¹⁰Diebus P.

¹¹Iis E.

¹²Ipsa *ad.* E.

¹³Et credatur ei *om.* P.

¹⁴Sit P. F.

¹⁵Statutum et iudicatum P. F.

¹⁶Possederet E.

¹⁷Quilibet E.

autem triginta dierum habeant omnes infirmi, sive sint in termino, sive extra, sive in civitate¹.

20. **De debitore premonito.** Si debitor ad regem, vel in arrequam, aut in aliis negociis ire voluerit, et antequam exeat, querimoniosus illum testificari potuerit cum tribus vicinis vel duobus alcaldibus, monendo eum ut debitum persolvat, et antequam recedat debitum non persolverit, pignoret querimoniosus cotidie deinceps in domo debitoris, nec exeat ad forum uxori,² nec cuiquam alii, donec suam peccuniam recuperet.

21. **De captionibus virorum et mulierum.** Si mulier³ convicta fuerit pro proprio debito, aut pro debito sui mariti, et statim non solverit, capiatur sine calumpnia. Verum tamen cavendum est quod nullus mittat mulierem neque puerum antequam sit duodecim annorum, et supra, nisi in catena.⁴ Quicumque enim eos in alia captione miserit, pectet decem aureos iudici et alcaldibus et querimonioso. Captiones autem ceterorum hominum sint he⁵: carcer, cipus, catene,⁶ corme, compedes, spouse, manus et pedes ligare sive ante, sive retro.

22. **De eo qui captum a civitate extraxerit.** Quicumque hominem captum pro debito extraxerit a civitate, pectet decem aureos in cautum⁷, medietatem iudici et alcaldibus et medietatem quereloso.

23. **De eo qui captum ceperit extra civitatem.** Rursus quicumque pro⁸ indigentia superlevatoris extra civitatem hominem ceperit, ducat eum ad urbem usque ad⁹ terciam diem, et ducto, presentet eum ante iudicem, ut iudex discernat si sit reus captione vel non. Et si reus fuerit, sit captus, et in urbe sit retentus¹⁰; si reus non fuerit, dimittatur in pace.

24. **Quod captis non prohibeatur requisita natura.** Quicumque captum tenuerit pro aliquo debito, non prohibeat ei¹¹ cibum, nec minctum vel egestum exire; et qui hoc fecerit, pectet decem aureos, si captus firmare potuerit cum duobus

¹Sive in civitate *om.* P. sive extra *ad.* F.

²Uxor P.

³Similiter F.

⁴Cathena P. F.

⁵Hec P.

⁶Cathene P. F.

⁷Captum F.

⁸Pro *om.* P. F.

⁹In P.

¹⁰Et in urbe sit retentus *om.* E.

¹¹Illi E.

vicinis qui domos habeant contiguas¹ domui illius, qui captum habeat in captione.

25. **De captione debitoris manifesti.** Si uxor, aut filius capti pro debito manifesto faciendo se debitorem in loco eius intrare voluerit, ante alcaldes recipiatur, et quicumque eum recipere noluerit, trecentos solidos pectet. Tamen ille qui in loco capti intrare voluerit, semel intret, et non exeat inde donec omne debitum persolvat.

26. **De obside manifesto qui pro alio intraverit.** Quicumque in captione querimoniosi debitor manifestus intraverit, usque ad tres novem dies totum debitum persolvat, sive sit pater, sive filius, sive etiam uxor. Tribus enim novem diebus transactis duplet omne debitum quodcumque debuerit, ita quod si pro duplo captus fuerit, placito perterito quadruplum persolvat.

27. **Quod nemo se a captione excuset signum captionis ostendendo.** Et nemini dicenti valeat; "Non intrabo in captionem, captus enim sum," ostendendo armillam in manu vel in pede. Similiter nemo possit extra domum defendere debitorem ab aliis creditoribus dicendo; "Captus meus est," quamvis signum captionis ostendat.

28. **Quod nemo extra domum captum defendat.** Unde patet quod nemo potest captum defendere extra domum suam alia occasione, nisi cum exierit ad requisita natura².

29. **De captis fugitivis.** Et si forte debitor manifestus aut eiusdem superlevator de creditoris captione fugeret, aut latro, aut proditor, aut eius superlevator, et in ecclesia vel in palatio se receperit, extrahatur inde sine calumpnia; et si quis eum defendere presumpserit, respondeat loco fugitiivi.

30. **De debitoribus servorum vel captiorum.** Quicumque servum aut filium captivum habuerit, cui quis debito fuerit astrictus, solvat illud domino vel parenti, si confessus fuerit; si autem negaverit, respondeat et satisfaciat ei tamquam³ ipsi captivo. Hoc idem dicimus de mancipio, quod loco eius respondeat ei, cuius mandatum faciebat, et panem comedebat, si alios propinquos non habuerit. Nam si mancipium propinquos habuerit, ipsis debitor respondeat, et non alii. Tamen dominus

¹Contingua P.

²Natura E.

³Tanquam P. F.

mancipii sive propinquui, quicumque debitum exegerit, primo det fideiusores quod de paccatione seu satisfactione debitoris, quam iste receperit, captivum faciat paccatum.

CAPITULUM XXIV.

1. **De appellantibus ad curiam alcaldum ad diem Veneris.** Et quicumque ad diem Veneris appellaverit, sive sit civitatis sive aldearum, non sit ei prohibita appellatio, et eadem die Veneris habeat iudicium.

2. **De eo qui iudicium Veneris non placuerit.** Tamen si alicui disceptantium iudicium¹ non placuerit, ad cartam appelle, in quo² iudicia omnium causarum habeant finem.

3. **Qua die carta detur appellantibus ad eam.** Die vero Lune semper per forum iudicia carte appellantibus ad eam legantur.

4. **Quod nullus iudicium carte impediat.** Et quicumque iudicium libri impedire voluerit, sive infringere, sive sit iudex sive alcalde, sive alias quicumque, pectet centum aureos, medietatem querimonioso, et medietatem regi. Similiter pectet centum aureos sive sit³ iudex sive alcalde, qui aliud iudicaverit, nisi quod carta dictaverit mere, omni adiunctione⁴ remota.

5. **De iudicio quod carte diffinire nequeat.** Tamen si casus evenerit quod⁵ carta non diffiniat, sit in arbitrio alcaldum atque iudicis. Et si forte cuiquam disceptantium iudicium alcaldum displicerit, appelle ad concilium, sicut in principio dictum est.

6. **Quod in die Veneris in curia alcaldum debeat tractari.** In die vero Veneris in curia alcaldum nichil aliud agatur nisi dare iudicia, recipere firmas, placita dare eis qui firmas recipere debuerint in sequentem diem Veneris, atque iuratores.

7. **De eo qui pro eadem causa ad diem Veneris appellaverit.** Quicumque bis pro eodem placito⁶ ad cartam sive ad Venerem appellaverit, cadat a causa. Qui autem iudicium victum renovaverit, solvat decem aureos, et cadat similiter.

¹Porte ad. E.

²Qua E.

³Sive sit om. P. F.

⁴Adiectione E.

⁵Quem E.

⁶Idem P. F.

8. **De iudice qui iudicium carte protellaverit.** Si iudex aut alcaldes iudicium curie sive carte ab una die in aliam prolongaverint, pectent illam petitionem pro qua fuerit disceptatio, nisi fuerit pro causa que in hac carta non fuerit. Hoc statutum est ideo, ut querimoniosi in die Veneris omnes possint habere directum. Propter hoc etiam mandamus, quod equationes pugilum seu pugnatorum fiant in die Sabbati, et non in die Veneris.

9. **Quod omnes alcaldes in die Veneris veniant ad curiam.** Iudex et omnes alcaldes convenient ad curiam in die Veneris ad iudicandum ea que dicta sunt¹. Si aliquis alcaldum in termino fuerit, et ea die ad curiam non venerit, pectet unum aureum aliis alcaldibus, nisi prius se expedierit² a maiordominis³.

10. **De concordia alcaldum.** Postquam iudex et alcaldes in curia steterint, omnes sint concordes ad iudicandum, ut citius⁴ discernant bini et bini, vel ut melius eis visum fuerit.

11. **De alcalde qui socium suum deonestaverit.** Et si aliquis alcaldum consocio suo dixerit, "Mentiris," aut aliud verbum dehonestationis, pectet decem aureos. Et si ad pugnam socium suum citaverit, pectet viginti aureos, et has calumpnias habeant iudex et alcaldes: verumptamen calumpniator nichil habeat inde. Quod dicimus de alcaldibus dicimus de iudice.

12. **De reverentia alcaldum.** Alcaldes etiam dum in curia steterint, nemo eos dehonestet, nec reptet, nec eos demeniatur super iudicium; qui enim hoc fecerit, pectet sexaginta mencales. Similiter hoc cautum habeant⁵ iudex et notarius⁶. Quicumque alcaldem aut iudicem aut notarium⁷ in curia percusserit, aut super causam pignorationis iudicem, aut alcaldem, aut apparitorem, pectet quamcumque calumpniam fecerit duplatam testimonio illius vicini, qui vice sagionis cum eis pignoraverit.

¹ Post vocem dicta sunt *incipit nova lex E. F.*

² Expediat F.

³ Maioribus dominis E.

⁴ Cicius P. citus E. scicius F.

⁵ Habeat P.

⁶ Post verbum notarius *incipit nova lex E. F.*

⁷ Aut notarium *om.* E.

13. **Quod nullus officialis pignoret sine vicino.** Propter¹ hoc sit statutum quod neque alcaldes neque apparitores pignorent sine vicino, sicut forum est. Iudex tamen cui maius negocium incumbit², pignoret cum quolibet vicino.

14. **De officiali qui sine vicino pignoraverit.** Et si forte iudex, aut alcaldes, aut deambulator sine vicino pignoraverit, et ei pignora fuerint ablata, aut defensa, non sit inde calumpnia aliqua.

15. **Quod notarius pignoret cum officialibus.** Cum iudex aut alcaldes pro causis concilii pignorare debuerit, pignoret cum eis notarius, et scribat pignora quorumcumque, ut si forte culpa notarii pignora³ fuerint perdita, ipse pectet ea.

16. **De collectoribus concilii.** Item cum collectores concilii colligere peccuniam concilii⁴ debuerint, et super pignora aliquis eos de honestaverit aut percosserit, pectet calumpniam quamcumque fecerit duplatam, testimonio illius vicini, qui vice saionis⁵ cum eis pignoraverit.

17. **Forum.** Dominus Conche in curia alcaldum in die Veneris non intret; in aliis autem diebus intret, cum sibi placuerit. Tamen dum dominus in curia steterit, nullus⁶ iudicet. Et si iudex aut alcalde domino presente iudicaverit in curia, pectet petitionem quereloso, pro qua⁷ iudicium datum fuerit. Hoc ideo stabilitum est, ne forte iudex aut alcalde timore⁸ aut verecundia domini iudicet iniuste.

18. **Forum.** Verumtamen si merinus in curia alcaldum intrare voluerit, intret in die Veneris, et sit ibi, donec iudicia sint finita. Introitum curie in aliis diebus ob hoc merino defendimus, quia cum iudex debeat colligere calumpnias ad proficuum concilii et palacii, et sacramento inde teneatur, non est opus, ut ipse in curiam intret in aliis diebus, cum pocius ad insidiandum, quam ad iudicandum intret⁹. In die Veneris intrat ideo, quoniam merinus¹⁰ compositionibus et solutionibus

¹Post F.

²Incubuit P.

³Pignora om. P. F.

⁴Concilii om. E.

⁵Sagionis E.

⁶Alius ad. E.

⁷Quia P.

⁸Amore P.

⁹Intrat P.

¹⁰In ad. E.

calumpniarum palacii debet interesse¹. Cum iudex et alcaldes secreto loqui voluerint, exeat a curia meritus, et sagio, et omnes deambulatores, quia numquam secretum erit quod ad aures alicuius istorum pervenerit². Quicumque apparitor³ coram alcalibus iudicaverit, aut vocem alienam tenuerit, pectet unum aureum. Quicumque secretum curie revelaverit, pectet centum aureos, et incartetur, ut de cetero in testimonio non recipiatur⁴. Omnes disceptantes qui ad iudicium diei Veneris venerint, intrent in curiam per mandatum iudicis vel maiordomorum⁵. Item quod si aliquis sine precepto eorum⁶ intraverit, vel vim fecerit ianitori, pectet dimidium mencalem. Si forte ianitor sine eorum precepto aliquam intromiserit, totidem pectet.

19. De sacramento calumniae. Cum adversarii ante-iudicem et alcaldes steterint, ille qui petit prius faciat manquadram, si petitio supra mencalem et dimidium valuerit. Nam pro omnibus causis iudicii ille qui petit prius super crucem debet iurare manquadram.

20. De eo qui inscius iuris fuerit. Tamen si aliquis disceptancium vocem suam defendere nescierit⁷, det advocatione pro se⁸ quemcumque sibi placuerit, excepto quod non sit iudex, neque alcalde. Facta manquadra respondeat adversarius concedendo aut⁹ negando; sed tamen antequam neget, aut manifestet, dicat querimoniosus quid petit, et quantum, et det rationem unde contigit illa peticio. Completa vero racione tota iudicent ei alcaldes¹⁰ quod neget aut manifestet.

21. De eo qui concedere aut negare noluerit nec ad librum appellaverit. Si forte ille qui causam defenderit, negare aut concedere noluerit, nec ad cartam appellaverit, cadat a causa. Hoc idem dicimus de eo qui¹¹ in placitis¹² ad portam iudicis negare

¹Post verbum interesse incipit nova lex E. F.

²Istorum pervenerit alicuius P. Post hunc locum incipit nova lex E. F.

³Aparitorum P.

⁴Post verbum recipiatur incipit nova lex E. F.

⁵Maiordominorum P. Post hunc locum incipit nova lex E. F.

⁶Iudicis vel maiordomorum in curia E.

⁷Nesciverit P.

⁸Pro se om. P.

⁹Seu P.

¹⁰Eis alcaldes P. alcaldes ei E.

¹¹Dicimus qui P. dicimus quod F.

¹²Plateis F.

noluerit, aut manifestare, vel ad diem Veneris appellare. Similiter si ante alcaldes factios iudicium habuerint, et defensor negare, aut concedere noluerit, cadat a causa, nisi ad diem Veneris appellaverit. Si duorum disceptancium unus receperit iudicium porte iudicis vel alcaldum factiorum, et alter non¹, nec ad diem Veneris appellaverit, cadat a causa.

22. **De eo qui post iudicium receptum appellaverit.** Qui cumque post iudicium receptum porte iudicis vel alcaldum factiorum ad Venerem, vel alibi appellaverit, cadat a causa, nisi in tribus casibus predictis.

CAPITULUM XXV.

1. **De eo qui iudicium Veneris non receperit.** Duorum disceptancium si unus iudicium diei Veneris receperit, et alter non, et ad librum non appellaverit, cadat a causa.² Licet ille qui defenderit, habeat negare aut concedere, tamen si ille qui defenderit, scriverit anteponere aliquid, pro quo forum prohibeat respondere, dicat illud, et non respondeat, veluti si defensor³ dixerit; “Tu istud petendo, et ego negando, tua vice nega, aut manifesta, si habuimus alcaldes super hoc an non.” Et tunc illi, qui petit, iudicent alcaldes, ut neget aut manifestet, si habuerunt alcaldes qui iudicaverunt eis vel non. Si concesserit, alcaldes dicant⁴ etiam quod iudicium, aut quod placitum eis dederunt. Et si forte hoc concesserit, et ad placitum non venerit, cadat a causa. Si autem negaverit aliquid de iudicio, aut placitum, et adversarius⁵ firmare potuerit, e contra cum illis alcaldibus, similiter cadat a causa, et alcaldibus pectet⁶ quinque solidos qui firmaverit.⁷ Si autem firmare non potuerit, solvat peticionem duplatam, quoniam iniuste se debitori suo superposuit. Si forte defensor debiti alcaldes negaverit⁸, adversarius e contra cum alcaldibus firmet ei, et⁹ petitor cadat a causa, et pectet quinque solidos. Si autem

¹Et aliter nec non F.

²Post vocem causa incipit nova lex E. F.

³Defensor om. E.

⁴Dicat P.

⁵Ei ad. E.

⁶Pectet om. P.

⁷Firmaverint P. F.

⁸Et ad. E.

⁹Et om. E.

defensor firmare non potuerit, dupplet peticionem, quoniam iniuste se superposuit. Tamen debitori novem dierum nec ista vox nec alia valeat¹, donec debitum persolvat. Si vero defensor nichil suo adversario anteposuerit, ut² neget aut manifestet, ut dictum est³, et⁴ manifestaverit et debtor fuerit, incautetur ad placitum novem dierum. Si vero alia querimonia fuerit, que non sit debiti, incautetur secundum voluntatem alcaldum, et illam incautationem⁵ pectet, nisi ad novem dies satisfecerit. Si autem negaverit, firmet ei⁶ sicut forum est, et datis firmis colligat pectum⁷ dupplum. Si autem querimoniosus firmare non potuerit, iuret ille qui negaverit solus, et credatur ei.

2. Que firme sint responde. Item quicumque firmas recipere debuerit, non recipiat advacatum qui est⁸, vel fuit⁹ in illa causa, neque suum inimicum, neque eum qui spem vel partem habuerit in peticione, exceptis alcaldibus, et¹⁰ excepto concilio; quia¹¹ alcaldes possunt firmare pro suo iudicio¹² dumtaxat; et exceptis sociis qui societatem extra villam ad lucrandum fecerint, velut in negociatione aut expeditione aut in re clova et cetera.

3. De eo qui cum testibus cognominatis firmare debuerit. Si quis cum testibus cognominatis, vel cum alcaldibus, firmare debuerit, predicit testibus diem placiti; et si postea si aliquis¹³ testium ad placitum firmare non venerit, solvat peticionem pro qua firmare debuerit. Et ut expressius intelligatur, mandamus quod quociescumque¹⁴ necesse fuerit alicui firmare, et firme ad placitum non venerint, pectent ut dictum est.

4. De teste infirmante. Si forte aliquis testium infirmus fuerit, querimoniosus faciat illud prescire suo contempsoni¹⁵ uno die antea, et tunc nullus disceptancium cadat, nec veniat ad

¹Nec alia valeat vox nec ista E.

²Ut om. P. F.

³Sicut superius dictum est P.

⁴Si P. F.

⁵Illa incautatione P.

⁶Ei om. E.

⁷Pectum om. E. F.

⁸Fuerit F.

⁹Et om. F.

¹⁰Qui E.

¹¹Iudice E.

¹²Aliquid P.

¹³Quociescumque P.

¹⁴Contensori F.

placitum¹. Sed si forte in itinere eundo ad placitum infirmitas vel dolor testem occupaverit, sicut sepius contingere solet, vel si etiam de nocte egrotaverit in vigilia placiti, similiter nullus cadat a causa, licet querimoniosus suo contempsoni² uno die ante non predixerit. Et si forte testis creditus non fuerit, quod infirmitas aut dolor eum occupaverit, unde ad placitum venire³ non potuerit, iuret infirmus, postquam convaluerit, sicut forum est, quod pro dolore aut egritudine, que eum in via vel de nocte occupaverit, ad placitum venire non potuerit; nullusque contempsonrum tunc cadat⁴ a causa.

5. **De teste qui in termino non fuerit.** Item si aliquis testium cognominatorum in termino non fuerit, querimoniosus suo contempsoni uno die antea faciat illud prescire, et nullus veniat ad placitum, neque cadat a causa. Quando querimoniosus suos testes vel alcaldes sanos⁵ in termino habuerit, ponat iterum placitum cum suo adversario; et ille⁶ qui ponere noluerit, et ad placitum positum⁷ non venerit, cadat a causa. Si debitor dixerit petitori, se iam debitum⁸ paccasse, et illud se promiserit firmare, cognominet ei⁹ testes, et ducat eos ad tercium diem ad portam iudicis, si sani et¹⁰ in termino fuerint.

6. **Item de teste qui in termino non fuerit.** Quia si testes¹¹ in termino non fuerint, faciat illud scire querimonioso, sicut superius ostensum est. Si querimoniosus firmas in termino testificari potuerit, et ad placitum non venerint¹², cadat a causa ille qui firmare debuerit. Et si rei veritas fuerit quod in termino non sint, quandocumque eas¹³ querelosus videre potuerit, ponat iterum placitum cum suo contempsoni¹⁴. Et qui nec placitum ponere¹⁵, nec ad positum venire voluerit¹⁶, cadat a causa.

¹Nec ad placitum veniat E.

²Contempsoni om. P. contensori F.

³Evenire E.

⁴Cadat tunc E.

⁵Et ad. P.

⁶Eorum E.

⁷Positum om. P. F.

⁸Debitum om. P.

⁹Ei om. E.

¹⁰Et om. E. F.

¹¹Testes om. P. F.

¹²Venerit P.

¹³Eos P.

¹⁴Cum suo contempsoni om. P. cum suo quereloso F.

¹⁵Et qui ponere noluerit P. Et qui placitum ponere F.

¹⁶Nec voluerit om. P.

7. **De eo qui testes¹ dare debuerit pro iudicio diei Veneris.**

Item quicumque pro iudicio diei Veneris firmas aut iuratores dare debuerit, det eos² ad proximam diem Veneris.

8. **De eo qui testes dare (debuerit).** Omnes alie firme et iuratores habeant placitum ad portam iudicis ad tertium diem.

9. **De interrogationibus testium.** Testes itaque cum venerint firmare, fideles vel alcaldes aut iudex aut qui iudicium iudicaverint, debent eos interrogare et coniurare antequam firment, dicendo sic; "Si de his, que vos interrogaverimus, rei veritatem declaraveritus, Omnipotens Deus, qui Rex est Regum, et Dominus Dominantium, et Iudex Iudicium, adiuvet vos, et salvet vos³ in presenti, et in futuro seculo. Et si rei veritatem in his, que vos⁴ interrogavimus, celaveritis pro verecundia, aut timore, aut peccunia, aut prece, Deus Omnipotens, qui est Rex Regum, et Dominus Dominantium, destruat vos atque confundat in carne et in anima cum filiis et uxoribus, vel⁵ cum illis rebus quas precordialius⁶ diligitis." Et respondeant omnes testes: "Amen."

10. **De teste qui "Amen" dicere noluerit.** Et si forte aliquis eorum⁷ "Amen" dicere noluerit, non recipiatur in testimonium. Et si omnes dixerint "Amen," interrogent eos alcaldes, si erant presentes videntes causam illam et audientes. Et si concederint, iterum precipiant eis alcaldes, ut dicant quid viderunt et audierunt super hoc, et tunc unusquisque testium dicat per se id quod vidit et audivit, nemine⁸ testem docendo. Et quicumque testem docuerit, pectet petitionem duplatam quereloso, nec testis valeat. Dictis testimoniis videant alcaldes si testimonia eorum fuerint similia⁹. Quoniam si¹⁰ dissimilia fuerint¹¹ testimonium eorum non sufficit. Sed si forte aliquis testium oblivione pretermiserit se videre aut audire vel aliquid aliud, interrogetur iterum, utrum vidit et¹² audivit. Et si

¹Testibus ms.²Eas E.³Vos om. P. F.⁴Vos om. P.⁵Vel om. F.⁶Precordialibus F. Precordiali P.⁷Testium E.⁸Nemo P. F.⁹Consimilia E.¹⁰Testimonia eorum fuerint ad. E.¹¹Fuerint om. E¹²Aut E.

concesserit, compleat¹; sin autem minime. Visus et auditus in testimonio ideo ponitur, quia nullus pro solo auditu, aut pro solo visu, debet admitti in testimonium. Quia si admitteretur, eadem ratione surdus et mutus et cecus reciperetur² in testimonium³.

11. **Quod nemo ad testimonium admittatur in rem videntem et audientem.** Propter istud cautum est, quod nullus firmet nisi ille⁴ qui dixerit; “Vidi et audivi illud de quo me interrogas⁵,” et fuerit compos mentis sue, ita quod non sit furiosus, nec lunaticus, sive arrepticius.

12. **De iuratoribus recipiendis.** Quicumque iurare debuerit, iuret super crucem hoc modo interrogando eum querimoniosus: “Venis iurare sicut alcaldes iudicaverunt?” Et tunc iurator respondeat; “Venio⁶. ” Deinde querimoniosus maledicat iuratorem ad libitum suum, excepto quod ei non dicat ut aliquis eum sodomiticet.

13. **De maledictionibus iuratorum⁷.** Omnes alias maledictiones quecumque⁸ sibi placuerint⁹, dicat ei, et iurator taceat, donec querimoniosus precipiat ei dicere “Amen.”

14. **De iuratore refellente.** Et si forte iurator cum iussus fuerit “Amen” dicere, noluerit aut in¹⁰ maledicendo maledictionibus refellerit in aliquo¹¹, cadat a causa.

15. **De eo qui iuratori sodomiticum.** Similiter si querimoniosus iuratori dixerit quod¹² aliquis eum sodomiticet, cadat a causa, et pectet petitionem duplatam iuratori.

CAPITULUM XXVI.

1. **De diebus feriatis in quibus neminem licet pignorare.** Mando quod licet sit datum querimoniosis debitores suos pig-

¹Complet P. E.

²Recipientur F.

³Quia testimonium om. P.

⁴Ille om. F.

⁵Illud interrogas om. P.

⁶Post vocem “Venio” incipit nova lex E. F.

⁷Separatio non intercedit E. F.

⁸Quascumque P. F.

⁹Placuerit P. F.

¹⁰In om. P.

¹¹Maledicenti, aut quereloso in aliquo refellerit E.; maledictionibus seu querimonioso reffellerit F.

¹²In ad. F.

norare, atque convenire, sunt tamen dies et hore¹ et tempora in quibus nulli licet pignorare, vel quempiam applicitare. Dies feriati sunt², ut dies³ Dominica propter reverentiam diei; dies⁴ Martis propter caustum mercati; dies⁵ natalis Domini, dies⁶ Circumscisionis, dies⁷ Apparitionis, dies Pasce⁸ Resurrectionis, dies⁹ Ascensionis, dies¹⁰ Quinquagesime. In his sex sollemnitatibus¹¹ neque in suis octavis cuiquam datam est pignorare. Similiter in festo Sancti Johannis¹², Assumptionis Virginis Marie et Sancti Michelis. In his similiter festivis diebus contra alium non causatur¹³. In die ieiunii post cenam, neque in aliis diebus ante missas matutinales, nec post vesperas Ecclesiarum plebanarum. In his itaque diebus et horis quicunque¹⁴ pignoraverit, pectet quinque solidos. Et qui pignoranti pignora abstulerit, aut deffenderit, non pectet calumpniam¹⁵. Per forum etiam statuimus tempore quadragesimali ferias a prima dominica quadragesime¹⁶ usque ad diem Veneris octavarum¹⁷ Resurrectionis, in quibus nemo pignoret neque habeat placitum ad portam iudicis nec in curia die Veneris¹⁸. Tamen pro causa germanitatis alterius ville, et pro deornatione corporis humani¹⁹, et pro mercede conducticii²⁰, et pro debito panis et vini placita teneantur. Preterea sunt dies feriati²¹ tempore messivo; in quibus a placitis et pignoracionibus erit abstinendum, excepto dampno messium, ceterarumque seminatarum²²; et exceptis omnibus causis arrearum, irriguorum, et corporum²³ deorna-

¹Ore F.²Feriati sunt *om.* P.³Ut in die P. F.⁴Nec in die P. F.⁵Nec in die P. F.⁶Neque in die P. F.⁷Neque in die P. F.⁸Neque in Pascha P. F.⁹Neque in die P. F.¹⁰Nec in festo P. F.¹¹Sollemnitatibus P.¹²Baptiste *ad.* P. F.¹³In his festivis diebus nec contra alium causetur P. In his similiter festivis diebus nec contra alium causetur F. Post hanc vocem *incipit nova lex* E. F.¹⁴Alium *ad.* E.¹⁵*Post verbum calumpniam incipit nova lex* E. F.¹⁶Ad diem primam dominicam quadragesime F.¹⁷Octabarum P. F.¹⁸Curia alcaldum F.¹⁹Et pro humani *om.* E.²⁰Conductii P.²¹Feriata F.²²Seminarium P.²³Corporis F.

tionis¹, et germanitatis. Dies itaque istarum feriarum statuimus a festo Sancti Petri usque ad ultimam diem Veneris Augusti. Preterea sunt dies feriati in quibus ab omnibus causis et pignorationibus erit cessandum, preter in his² que pertinent ad vindemiam, ut sunt cophini³, et dolia, et cetera huiusmodi. Ferias autem vindemiarum statuimus a festo Sancti Michelis usque ad primam diem mensis sequentis.

2. De eo qui occasione feriarum debitum non solverit. Quicumque aliquid solvere debuerit, et occasione feriarum ad placitum redire⁴ noluerit, querimoniosus faciat ei testes peccuniam suam querendo⁵; et si usque ad novem dies non paccaverit, feriis preteritis reddat peccuniam duplatam, aut illud quod debuerit.

3. De alcalde qui disceptantibus consulerit. Postquam disceptantes ante alcaldes in curia steterint, nullus alcaldum ad consulendum vel deffendendum partem alicuius causatorum surgere presumat. Qui⁶ enim hoc fecerit, pectet unum aureum consociis qui steterint in curia. Ille autem partes cuius⁷ ipse deftenderit, aut consulerit⁸, cadat a causa. Alcaldes⁹ itaque neminem habent¹⁰ docere, neque in causis consulere, sed tantum¹¹ secundum allegata iudicare.

4. Quod cavillationes causidicorum nil valeant. Verumpamen hoc inter cetera minium caveri debet¹², ne cavillationes valeant alicui, sed tantum¹³ forum iustumque iudicium.

5. Quod causidici habeant allegare. Disceptantes et omnes advocati erecti stantes allegent, et completis allegationibus recedant a curia. Deinde iudicent alcaldes super¹⁴ voces illas secundum consultationem¹⁵ carte.

¹De honestationis E.

²Ea E.

³Cofini P.

⁴Feriarum aut reddere P. feriarum aut placitorum reddere F.

⁵Querendum P.

⁶Si P.

⁷Illa pars quam E.

⁸Aut ei consuluerit E.

⁹Alcalde P.

¹⁰Habet P.

¹¹Tantum om. P.

¹²Debent P. F.

¹³Tamen F.

¹⁴Secundum P.

¹⁵Consultationem P.

6. De iudicio propalando. Et postquam¹ iudicium de-
creverint, duo ex illis alcaldibus dicant contempсорibus² iudi-
cium ad portam. Et si eorum alicui sentencia non placuerit,
appellet ad cartam, sicut iam dictum est.

7. De eo qui (ad) placitum Veneris seu carte non venerit.
Et ille qui placitum Veneris vel carte habuerit, et ante non
venerit quam placita includantur, cadat a causa.

8. De disceptantibus qui extra urbem alcaldes fecerint.
Similiter cum disceptantes aldeani³ extra urbem alcaldes fecerint,
et alteri⁴ iudicium non placuerit, appellat ad diem Veneris, et
veniant ad placitum ad primam diem Veneris, et qui non venerit
cadat a causa⁵. Si forte⁶ disceptatio in prima⁷ die Veneris non⁸
fuerit, veniant ad placitum in sequentem primam diem Veneris;
et qui non venerit, cadat a causa⁹.

9. Cum alcaldes placita iactare voluerint. Quando autem
concilium vel alcaldes aliquando placita iactare debuerint,
iactent ea ad Venerem notam, et diem Veneris placitorum
faciant preconari.

10. De placitis propter appellitum iactatis. Et si¹⁰ in terra
fuerint iactata¹¹, propter appellitum, a tercia die, qua signum
intraverit, veniat unusquisque ad placitum suum tam porte
iudicis quam diei Veneris.

11. De placitis propter hostem iactatis. Et si propter
expeditionem¹² in terra¹³ fuerint, veniat unusquisque ad placi-
tum suum ad nonum diem postquam vexillum intraverit, tam
porte iudicis quam diei Veneris.

CAPITULUM XXVII.

1. In quibus causis ad regem licet appellare. Adhuc etiam
mando quod quicumque ad regem appellaverit, nisi in peticione

¹Alcaldes ad. E.

²Contentoribus E. contensoribus F.

³In aldeam P.

⁴Eorum ad. E.

⁵Cadat a causa om. E. F.

⁶Similiter cum P.

⁷Prima om. P. F.

⁸Non om. P. F.

⁹A causa om. E. F.

¹⁰Placita ad. E.

¹¹Iactata om. P.

¹²Hostis placita ad. E.

¹³Iactata ad. E.

vel actione decem mescalorum ac supra, cadat a causa, et appellatio frivola habeatur et cassa. Per cartam enim vestrorum fororum precipio quod omnes alie¹ cause vestre diffiniantur.

2. **De placito appellantium.** Illis autem qui in predictis causis ad regem appellaverint, detur placitum in tertium diem ad portam iudicis. Hoc placitum ideo datur eis, ut si interim inter se componere voluerint, non eant ad regem. Si autem inter se non composuerint, veniant ad placitum porte iudicis, et qui non venerit cadat a causa.

3. **Quod appellaus possit peniteri.** Cum autem ambo venerint, si forte ille, qui appellaverit, penituerit se appellasse, et iudicium² carte recipere voluerit, non eant ad regem. Iudex³ det appellantibus⁴ fidelem quemdam deambulatorem. Talis autem sit fidelis, in quem ambo confidant, et nulli disceptantium sit suspectus. Dato fidele faciat manquadram ille qui petit, si nondum facta fuerit, quia placito illo transacto nemo respondeat pro manquadra. Postquam disceptantes fidelem receperint, fidelis ostendat illis placitum ad quod⁵ convenient. Et ad illud placitum controversantium qui⁶ paratus non venerit, cadat a causa. Controversantium autem qui pro se advocatum dare voluerit, det eum ad portam iudicis coram fidele, et alibi non.

4. **De appellanti qui se inimicos habere dixerit.** Dato fidele si forte aliquis adversariorum timore inimicorum palam ire ausus non fuerit, iuret veraciter se inimicos habere, et eat ad regem, qua parte sibi placuerit.

5. **De appellanti qui cicius ad regem venerit.** Ille autem qui cicius ad regem venerit⁷, expectet adversarium suum per tres dies, si antequam separantur sciverit locum ubi sit rex. Si autem locum certum nescierit⁸, expectet socium per sex dies, qui antea ad regem venerit.

6. **De adversario qui cum fidele venerit ad regem.** Verumptamen si adversarius cum fidele venerit ad regem⁹, et alter

¹Alie om. E.

²Post verbum iudicium incipit lacuna F.

³Sin autem iudex P.

⁴Eis P.

⁵Quem P.

⁶Ad eundem ad. P.

⁷Aplicuerit P.

⁸Nesciverint P.

⁹Ad regem om. P.

non, placito preterito cadat a causa testimonio fidelis. Si vero alter cicius venerit, et alter ad placitum cum fidele non¹ venerit, placito preterito, cadat a causa testimonio fidelis².

7. **Si appellantes fuerint inimicantes.** Si adversarii qui ad regem ire debuerint forte fuerint inimicantes, det uterque fideiussores de salvo iudici in die placiti, et eant simul cum fidele. Postquam vero iter³ arripuerint, ambulent, et pausent, sicut preceperit eis⁴ fidelis, donec regem inveniant infra terminos regni sui.

8. **Quod nemo extra regnum regem queret.** Extra regnum enim nullus queret eum, sed revertantur. Et cum in regno fuerit, iterum habeant placitum, et proficiscantur ad eum, sicut dictum est.

9. **De eo qui adversarium suum in via percutserit.** Si quis adversarium suum in via percutserit, aut occiderit, seu etiam deonestaverit, pectet calumpniam quamcumque fecerit duplatam.

10. **Si adversarius aut fidelis egrotaverit in via.** Si aliquis adversariorum, aut fidelis, in via egrotaverit, expectent eum illi qui fuerint incolumes⁵, donec convaleat, aut moriatur. Si convaluerit, teneant iter suum. Sed si fidelis obierit, reddeant adversarii, et iudex det eis alium fidelem. Si forte aliquis adversariorum obierit, similiter reddeant⁶, et suppleant⁷ vicem mortui qui bona sua iure hereditario habere debuerint⁸.

11. **De appellantibus quibus iter aggravaverit.** Item si contempsores, dato fidele⁹ vel ante, iter aggravaverit¹⁰, et adventum regis ambo expectare voluerint, statuant iterum aliud placitum ante fidelem, aut duos alcaldes, vel ante iudicem et alcaldem, sive ante alcaldes adiuratos¹¹ regis. Et cum alteri eorum¹² ad regem ire placuerit, ponant iterum illud placitum quod dictum est; et qui ire noluerit, cadat a causa.

¹Fidele non *om.* P.

²Legis E.

³Cum fidele *ad.* E.

⁴Eis *om.* E.

⁵Ille qui fuerit incolumes P.

⁶Reddeat P. redeant E.

⁷Suppleat P.

⁸Debuerit P.

⁹Post fidele dato P.

¹⁰Iter eos aggravaverit P. aggravaverit iter E.

¹¹Adiuratorum P.

¹²Eorum *om.* P.

12. **Quod iudex det eis alium fidelem¹.** Si fidelem priorem habere non potuerint, iudex det eis alium, et eant ut prefatum est. Tamen si contempsores iter aggravaverit, et alium loco regis, sive in civitate sive extra, statuere voluerint, qui iudicet eos, faciant sine calumpnia. Controversantes etiam quando simul ad regem convenerint, simul intrent ad eum cum suo fidele quando cicius potuerint.

13. **De pena fidelis qui iudicium mutaverit.** Fidelis autem quia² fidelitatis³ nomen acceperit, hoc inter cetera pocius custodiare debet, ne iudicium mutet quod eo presente fuerit iudicatum. Quia si forte iudicium mutaverit, et probatum fuerit ab eo qui iudicium dederit, precipitetur, vel abscidatur ei lingua ut infideli pocius quam fideli.

14. **De mercede fidelis.** Item ille qui adversariorum⁴ in iudicio victus fuerit, pectet expensam quamcumque in eundo et redeundo adversarius suus fecerit. Et etiam det fideli sotulares duorum solidorum, qui cum eis profectus fuerit⁵, et non plus. Sed adversarii insimul procurent fidelem in eundo et redeundo.

CAPITULUM XXVIII.

1. Post dimidium annum officio dimisso officialis non respondeat, si domos populatas tenuerit. Mando etiam quod si iudex, aut alcalde, aut notarius, aut collector, aut deambulator, aut almutazaf domos populatas in villa tenuerint, postquam officium dimiserint, post dimidium annum non respondeant pro pignoribus. Si vero domos populatas non tenuerint, respondeant⁶ quolibet⁷ tempore.

2. **De eo qui peccuniam concilii manifestam tenuerit.** Mando etiam quod quicumque peccuniam concilii manifestam tenuerit, respondeat pro ea omni tempore⁸. Unde per forum mandamus quod quelibet collatio habeat suum collectorem⁹.

¹Separatio non intercedit E.

²Qui E.

³Fidelitate P.

⁴Adversariorum qui E.

⁵Est E.

⁶Pro ea ad. P.

⁷Omní P.

⁸Hic incipit nova lex E.

⁹Hic incipit nova lex E.

Et quilibet collector det suos superlevatores sufficientes, habentes domos in¹ pignoribus abundantes, unde iudex² habeat directum pro peccunia concilii. Et isti superlevatores non exeant a superlevatura donec peccunia³ concilii sit soluta. Et quamdiu iudex in domibus istorum superlevatorum pignora⁴ invenerit, non pignoret in alia domo collationis. Sed si in istis pignora non invenerit, pignoret in tota collatione, ubi pignora invenerit.

3. **Quod collectores respondeant iudici.** Predicti autem collectores respondeant iudici pro peccunia concilii, et intrent debitores ubi iudex eis preceperit. Et illi quibus se collectores⁵ debitores fecerint, pignorent in domibus eorum in voce iudicis. Cum autem pignora non invenerint, iudex pignoret pro eis in tota collatione.

4. **De eo qui collectori pignora abstulerit.** Quicumque collectori pignoranti pro peccunia concilii⁶ pignora abstulerit⁷, pectet ei unum aureum. Quicumque de manu collectoris usque ad triginta dies pignora non redemerit, perdat ea⁸.

5. **De eo qui pignora sua non redemerit.** Si collector, aut eius superlevator usque ad triginta dies de manu iudicis pignora non redemerit, perdat ea similiter.

6. **De collectore qui pignora malemiserit vel in itinere aliquid collegerit.** Si pignora superlevatorum culpa collectoris perdita fuerint, collector pectet ea dupplata. Si collector pectam ab alio collegerit, nisi ab eo qui iacuerit in patrone, dupplet ea et insuper unum aureum pectet in cautum.

7. **De collectore qui patronem concilii mutaverit.** Item collector qui patronem concilii, quem tenuerit, in alio aliquid addiderit, vel mutaverit, pectet decem aureos et dampnum dupplatum.

8. **De factoribus patronis.** Si iuratores patronis, tam civitatis quam aldearum, de falsitate convicti fuerint, quilibet eorum pectet decem aureos, et insuper incartentur pro falsis

¹Cum P.

²Iudex *om.* P.

³Pecta P.

⁴Pignora *om.* P.

⁵Collectores *om.* P.

⁶Pro peccunia concilii *om.* P.

⁷Pro pecta concilii *ad.* P.

⁸Quicumque pignora de manu collectoris non redemerit ad
triginta dies, perdat ea. P.

atque periuris. Iuratores etiam, qui semel unum patronem fecerint, amplius alium non faciant.

CAPITULUM XXIX.

1. **De disceptantibus Christianorum et Iudeorum¹.** Preterea mando quod si Christianus et Iudeus super aliquo disceptaverint, faciant duos alcaldes vicinos, quorum unus sit Christianus, et alter Iudeus. Et si alicui disceptancium sentencia² illorum non placuerit, appellat ad quatuor alcaldes vicinos, quorum duo sint Christiani, et duo Iudei. Et in illis quatuor iudicium eorum finiatur³. Nam quicumque ab istis quatuor appellaverit, causam se sciat amissurum. Isti autem alcaldes caveant ne aliud iudicent eis⁴ quam forum Conche.

2. **De testibus inter Iudeum et Christianum.** Firme autem sint inter Christianum et Iudeum Christianus et Iudeus vicini, et testimonio istorum omnes res⁵ que negate fuerint, sint credite et manifeste. Et quicumque firmare debuerit, firmet super pignora in duplo, aut super pedem suum secundum ius Conchense. Et si Christianus pedem suum miserit, et victus fuerit, iudex teneat eum captum in carcere regis donec pectet.

3. **De Iudeo qui extra carcerem debitorem testificatus fuerit.** Et si Iudeus extra carcerem captum testificatus fuerit, mittat eum iudex in captione Iudei donec pectet. Similiter si Iudeus, qui pedem suum miserit, convictus fuerit, teneat eum captum in carcere regis ille qui fuerit albedi.

4. **De Christiano qui extra carcerem debitorem testificatus fuerit.** Et si Christianus extra carcerem captum testificari potuerit, albedi mittat eum in captione Christiani unde non exeat, donec pectet.

5. **De pignoribus pro testimonio missis.** Ille etiam si sit Christianus sive Iudeus qui pignora super firmas in duplo miserit, et ad novem dies ea non redemerit, penitus sint perdita.

6. **Si albedi iusticiam facere noluerit.** Et si hoc albedi non fecerit⁶, pectet iudici decem aureos, et⁷ insuper pignoret queri-

¹ Hic finis lacune F.

² Sentenciam F.

³ Finiat P.

⁴ Eos F.

⁵ Reis F.

⁶ Si albedi iustitiam non fecerit E.

⁷ Ita P. F.

moniosus quicquid de rebus Iudeorum capere potuerit¹ extra alcaceriam² sine calumpnia. Predictos autem decem aureos dividat iudex cum quereloso.

7. **De iudice qui iusticiam facere noluerit.** Si vero iudex, ut dictum est, Iudeo non satisfecerit, pectet decem aureos albedino, et insuper Iudeus pignoret quicquid de rebus Christianorum capere potuerit³. Si vero Christianus⁴, ut dictum est, Iudeo querimonioso satisfacere noluerit, pignoret Iudeus in domo eius cum quodam vicino Christiano, sicut forum est Conche. Et si Iudeus vicinus⁵ radicatus fuerit, teneat ipsa pignora; si autem radicatus non fuerit, teneat ea ille vicinus cum quo pignoraverit.

8. **De Iudeo qui alcaldes facere noluerit.** Similiter si Iudeus alcaldes facere noluerit, Christianus pignoret in domo Iudei cum quodam Iudeo vicino, et teneat pignora Christianus, si vicinus radicatus fuerit in villa; si vero radicatus non fuerit, teneat illa Iudeus cum quo pignoraverit.

9. **De eo qui sine precepto querimonioso pignora dederit.** Si Christianus aut Iudeus qui pignora tenuerit, sine precepto querimoniosi⁶ domino suo pignora reddiderit, pectet decem aureos iudici vel⁷ albedino et quereloso⁸. Et si Christianus vicinus cum Iudeo quereloso¹⁰ pignorare noluerit, pectet quinque solidos, et pro ista calumpnia pignoret iudex et dividat eam cum quereloso.

10. **De vicino qui cum Iudeo pignorare noluerit.** Similiter si Iudeus vicinus cum Christiano quereloso pignorare noluerit, pectet quinque solidos, et pro ista calumpnia pignoret albedinus, et dividat eam cum quereloso.

11. **De Christiano qui pignora defendenter.** Si Christianus Iudeo pignora defenderit, vel portam aperire noluerit, pignoret eum iudex pro petizione et pro calumpnia quinque solidorum sufficienter, et hanc calumpniam dividat iudex cum quereloso.

¹Capere potuerit om. F. ante de rebus stat E.

²Calceriam P. Alcazariam F.

³Hic incipit nova lex E. F.

⁴Iudex P.

⁵Vicinus om. F.

⁶Separatio non intercedit E. F.

⁷Querimonioso P. Querelosi E.

⁸Et E.

⁹Querimonioso P. Querelosi E. Hic incipit nova lex E. F.

¹⁰Quereloso om. E.

12. **De Iudeo qui pignora defenderit.** Similiter si Iudeus Christiano pignora defenderit, vel abstulerit, pignoret cum albedino pro petizione¹ et calumpnia quinque solidorum sufficienter.

13. **De iudice qui cum Iudeo pignorare noluerit.** Verumtamen si iudex cum² Iudeo, ut dictum est³, pignorare noluerit, pectet decem aureos albedino et quereloso.

14. **De albedino qui cum Christiano pignorare noluerit.** Similiter si albedinus cum Christiano pignorare noluerit, pectet decem aureos iudici et quereloso⁴.

15. **De loco et hora placitorum.** Placita vero inter Iudeos et Catholicos sint ad portam alcazarie et non synagoge⁵. Hora vero placitorum sit dicta missa matutinali in ecclesia episcopali usque ad terciam. Cum vero tercia pulsaverit, includantur placita, et qui ad placitum non venerit cadat a causa.

16. **De sacramento Iudei et Christiani.** Pro omni etiam petizione sive sit Christiani sive Iudei⁶ usque ad quatuor mencales iuret Christianus sine cruce, et Iudeus sine athora⁷. Et si a quatuor et supra peticio valuerit, Christianus iuret super crucem et Iudeus super athoram⁸. Et si Iudeus aut Christianus⁹ iurare noluerit, cadat a causa.

17. **De stipulationibus Christianorum et Iudeorum.** Si Christianus Iudeum pro sua peccunia debitorem receperit, et Iudeus uxorem aut filios habuerit, faciant se¹⁰ debitores cum eo. Quia si debitores se non fecerint, et Iudeus debitor obierit, aut fugerit, uxor et¹¹ filii eius pro debito illo minime respondebunt. Si autem Christianus, ut dictum est¹², eos receperit debitores, et Iudeus obierit aut¹³ fugerit, uxor et filii debitum illud¹⁴ persolvant. Similiter si Iudeus pro peccunia sua Christianum

¹Pignoret eum albedinus pro petizione E.

²Pro P.

³Ut dictum est *om.* E.

⁴Alcalibus P.

⁵Sinagoge F.

⁶Christianus sive Iudeus P.

⁷Atora P.

⁸Athora E. Et si a quatuor athoram *om.* P.

⁹Ita *ad.* P.

¹⁰Omnis se faciant E.

¹¹Nec P. F.

¹²Ut dictum est *om.* E.

¹³Et E. F.

¹⁴Illum P. F.

debitorem receperit, et uxor aut filii¹ se debitores cum eo non fecerint, non respondeant Iudeo pro debito illo, si forte Christianus obierit aut² fugerit. Si autem debitores se fecerint, pectent cum³ necesse fuerit⁴.

18. De pactionibus Iudeorum et Christianorum. Omnis pactio que facta fuerit inter Iudeum et Christianum coram testibus, ut dictum est, sit stabilis et firma, excepto pacto usure, quia⁵ usura⁶ nullatenus crescat nisi in⁷ dupplum in capite anni. Et secundum hanc rationem exigat Iudeus usuram unius mensis, vel alterius temporis, tam breve quam longum, in quo pecuniam suam dederit ad usuram.

19. De peccunia usure (et) de Iudeo qui pignoribus usus fuerit. Peccunia autem usure postquam fuerit dupplicata, amplius non lucretur⁸. Et si forte Iudeus pignoribus Christiani usus fuerit, et hoc probari potuerit in alcazaria aut extra, reddat pignora dupplata. Verumtamen si pactio fuerit inter eos quod Iudeus pignoribus utatur, potest eis⁹ uti sine calumpnia, si pactionem Iudeus probare potuerit testimonio Christiani et Iudei, sicut forum est.

20. De peccunia super pignoribus duplata. Iudeus faciat pignora vendere, postquam peccunia duplicata fuerit¹⁰, et a venditore per tres dies ferantur¹¹. Et si aliquid de peccunia superfuerit¹², domino pignorum reddatur¹³.

21. De Christiano qui pignora sua vendere voluerit. Similiter in quacumque hora¹⁴ Christianus pignora sua vendere voluerit, det ea Iudeus venditori, et vendor Iudeo respondeat et¹⁵ accipiat peccuniam suam; et quod residuum fuerit reddat domino pignorum.

¹Uxorem aut filios P. F.

²Vel F.

³Sicut F.

⁴Fuerit necesse R. F.

⁵Quod P.

⁶Usura om. P.

⁷In om. P. F.

⁸Hic incipit nova lex E. F.

⁹Eos F.

¹⁰Fuerit duplicata E. duplata fuerit F.

¹¹Antea domino pignora faciendo testes sicut forum est *in margine*

ad. F.

¹²Superaverit F.

¹³Reddantur F.

¹⁴Ora F.

¹⁵Qui E.

22. **De sacramento Iudei super pignora.** Si Iudeus et Christianus super aliquo disceptaverint, quod testibus discuti nequeat¹, usque ad quatuor mencales iuret Iudeus pignora in manu tenendo se tantum super illa pignora habere, et sit creditus; a quatuor menkalibus et supra iuret Iudeus super athonaram pignora in manu tenendo.

23. **Si Christianus cum Iudeo firmare noluerit vel e converso.** Si Iudeus cum Christiano illud, quod viderit, firmare noluerit, dupplet totam petitionem. Hoc idem iudicium habeat Christianus si cum Iudeo firmare noluerit.

24. **Quando Christiani et Iudei simul habeant placita.** Quando autem Christiani placita non habuerint, nec Iudei, nec² Christiani habeant. Similiter³ Judei habeant placita secundum forum Conche, excepto Sabbato et ceremoniis eorum.

25. **Quod vicini firment in causa Christiani et Iudei.** Preterea sciendum est quod in Concha super Iudeum vicinum non habet firmare nisi Iudeus et Christianus vicinus. Nec super Christianum, nisi Christianus et Iudeus vicinus⁴.

26. **Firme Christiani et Iudei non respondeant ad reptum.** Firme autem Iudei et Christiani non respondeant ad reptum.

27. **Quod nemo ad vendendum extrahat atma ab urbe.** Ad utilitatem et munitionem civitatis⁵ statuimus per forum, quod neque Christianus, neque Maurus, neque Iudeus, extrahat arma lignea aut ferrea a civitate. Et quicumque ea extraxerit ad vendendum Christianis pectet viginti aureos; et qui ei vim fecerit et arma sibi abstulerit, non pectet inde calumpniam. Similiter nulla arma nec vasa aurea nec argentea mortificantur in Concha.

28. **De iudicio quod Christiano et Iudeo in curia alcaldum datum fuerit.** Preterea omne iudicium quod in curia alcaldum Iudeo et Christiano datum fuerit, firmum sit ac⁶ stabile, nec ab eo erit appellandum.

29. **De pignoribus que Iudeus ostendere noluerit.** Si Iudeus pignora tenuerit, et Christianus ea redimere voluerit et statim ei ostensa non fuerint, Iudeus ammittat lucrum peccunie.

¹Nequeant E. F.

²Et P.

³Similiter *om.* E.

⁴Iudeus et Christianus F.

⁵Ville F.

⁶Hac F.

Sed tamen oportet ut Christianus prius ostendat peccuniam. Quia si peccuniam non ostenderit, Iudeus non tenebitur pignora ostendere, nisi Christianus forte dixerit quod tradat ea venditori.

30. De Christiano qui Iudeum percusserit aut occiderit.
 Item si Catholicus appellam percusserit aut occiderit, pectet quingentos solidos¹ regi si probari potuerit, sicut forum est inter Iudeum et Christianum. Sin autem pro percussione salvet se cum duobus de quatuor cognominatis², et pro morte cum duodecim vicinis et credatur ei. Si autem Iudeus appellam percusserit vel occiderit³, pectet quamcumque calumpniam fecerit ad forum Conche; sin autem, pro percussione salvet se cum duobus de quatuor cognominatis Iudeis et sit creditus⁴; pro morte vero salvet se cum duodecim vicinis Iudeis et credatur ei.

31. Quod tota calumpnia Iudei sit regis et non alterius.
 Et est sciendum quod in calumpnia Iudei Iudeus nullam habeat⁵ partem; tota⁶ enim regis est. Nam Iudei servi regis sunt et fisco deputati. Similiter iudex non habeat septimum in calumpnia Iudei, cum nullum habeat⁷ sudorem in illam exigendam.

CAPITULUM XXX.

1. De regimine exercituum et de custodia civitatis. Cum concilium in hostem exercitum⁸ facere voluerit, antequam profiscatur, de unaquaque collatione ponat vigiles, qui die nocte vigilent et excubent civitatem. Et etiam remaneant duo alcaldes adiurati cum iudice factio, quem iudex annalis vice sua reliquerit. Et isti alcaldes cum hoc iudice faciant custodire civitatem⁹ sicut dictum est. Sit itaque in foro, quod postquam concilium exierit, omnes ignoti expellantur ab urbe. Post solis etiam occasum quemcumque excubie de nocte per calles am-

¹Soldos mss.

²Salvet se pro se ipso si livores fecerit F.

³Vel occiderit om. F.

⁴Post salvet se sequitur in rasura pro semet ipso si livores fecerit; si occiderit, puniatur F.

⁵Habet F.

⁶Totam P. F.

⁷Habet F.

⁸Concilium hostem vel exercitum P.

⁹Villam F.

bulantem invenerint ignem non portantem, omnes exuvias illius accipient custodes, et mittant eum in cipo usque mane. Mane autem facto tradant eum in concilio, et si vicinus aut filius vicini fuerit exutus, sit solitus; sed si forte ignotus fuerit, precipitetur. Predicti etiam vigiles custodiant urbem ab incendio, moneantque habitatores domorum ut ignem custodiant, et si forte, quod absit, incendium aliquod¹ acciderit, omnes prius ad portas civitatis properent² et munitant eas; deinde redeant³ ad ignem extingendum. Hoc ideo dictum est, nam multociens contigit, quod quidam civitatem prodire volentes fecerunt incendium, quatenus⁴ dum omnes fuerint intenti in ignis extinctione, ipsi liberius portas aperuerunt hostesque receperunt. Preterea si forte aliquis suspectus fuerit in civitate a quo⁵ periculum immineat, predictus iudex cum alcaldibus expellant eum ab urbe, vel teneant eum captum donec concilium redeat⁶. Hoc modo similiter tempore messivo urbs custodiatur.

2. **De mercede vigilum civitatis.** Illi, qui de exercitu ex precepto concilii remanserint, habeant singulas caballerias ab hoste. Hoc ideo statuimus ne propter eos qui remanserint tributus crescat in urbe.

3. **De eo qui sine precepto concilii ab hoste remanserit.** Omnis miles⁷ tam civitatis quam aldearum qui ab hoste remanserit⁸ sine precepto concilii, solvat⁹ duos aureos; et omnis pedes¹⁰ qui similiter remanserit¹¹, pectet¹² unum aureum, nisi fuerit infirmus, sive extra terminum¹³.

4. **Quod dominus domus profiscatur in exercitu.** Dominus itaque domus vadat in exercitum et nulli alii¹⁴ pro eo. Sed si forte dominus domus senex fuerit, mittat loco suo filium

¹Aliquod *om.* P.

²Properentur P.

³Reddant F.

⁴Quatinus P.

⁵Quod P.

⁶Reddeat F.

⁷Omnis milites E.

⁸Remanserit E.

⁹Solvant E.

¹⁰Omnis pedites E.

¹¹Remanserit E.

¹²Pectent E.

¹³Territorium E.

¹⁴Nullus alias E.

aut sobrinum potentem de domo sua, qui non sit mercennarius. Mercennarii enim nequeunt excusare dominos suos a profectu exercitus.

5. **Que arma sint portanda in hostem et habeant portiones.** Miles qui in hostem scutum, lanceam, et ensem non portaverit, dimidiam porcionem accipiat. Pedes similiter qui lanceam et siculum vel clavam non portaverit, nichil accipiat. Sagittarius pedes qui arcubalistam¹ cum duabus cordis et centum sagittis portaverit, accipiat dimidiam² porcionem pro ea; pro alia vero nichil accipiat. Sagittarius autem miles in arte illa doctus, qui arcubalistam³ portaverit cum duabus cordis et ducentis⁴ sagittis⁵ accipiat pro ea integrum porcionem; et pro alia nichil. Lorica cum galea habeat integrum porcionem. Loricula similiter cum galea habeat integrum porcionem. Lorica per se vel loricula habeat dimidiam porcionem. Galea autem per se habeat quartam partam integre porcionis. Cathena cum duodecim collariibus habeat integrum porcionem; et secundum hanc computationem accipiat ea que minus habuerit.

6. **Quod pueri et mulieres prohibeantur ab exercitu.** Mulieres et pueri nequaquam eant in exercitum, neque habeant porcionem.

7. **De electione speculatorum.** Ubi totus exercitus fuerit coadunatus, ibi iudex et alcaldes de unaquaque collatione bona fide eligant speculatores, quos vulgus vocat talaeros⁶, habentes equos bonos⁷. Et si forte iudex et alcaldes aliquem speculatorem viderint non habentem equum bonum, vel ipsum esse imbecillem, seu imbellem, eiciant eum, et mittant alium in vice sua⁸. Et isti speculatores habeant pro mercede sui laboris singulos boves vel quaternos aureos, quod eis magis placuerit.

8. **De mercede speculatorum⁹.** Et si forte exercitus tantum lucrum non fecerit, quod eos possit¹⁰ de tot paccare, habent binos aureos. Et si forte nichil lucrari exercitus potuerit¹¹,

¹Arcu ballistam E. archubalistam F.

²Medianam E.

³Archubalistam F.

⁴Ducentas E. F.

⁵Sagittas E. Portaverit post sagittas stat E.

⁶Quos . . . talaeros om. E.

⁷Talayuelos ad. E.

⁸Hic incipit nova lex E. F.

⁹Separatio non intercedit E. F.

¹⁰Possint E.

¹¹Potuerint exercitus F.

speculatores nichil accipient. Speculatores autem debent ire secundum preceptum et voluntatem alcaldum.

9. **De speculatoro pro quo defectum evenerit.** Speculator vero qui in totam diem minguam fecerit qualemcumque, penitus mercedem amittat. Dominus itaque civitatis cum iudice et alcaldibus regat exercitum. Et illi etiam sint rectores quos isti preceperint¹.

10. **De eo qui rectorem percusserit.** Et si quis in regendo rectorem percusserit amittat manum dexteram. Si dominus cum alcaldibus aliquem ad linguam capiendam miserit, accipiat² medietatem de omnibus que lucratuſ fuerit, et aliam medietatem habeat concilium.

11. **Ubi pausatas debeant scribi et cetera.** Ubi vero exercitus panem ad pernoctandum fecerit, ibi notarius cum iudice et alcaldibus scribat³ pausatas, homines, bestias, et arma⁴. In introitu ideo ista scribere precipimus, quatenus⁵ si cum furto aliquis fugerit de exercitu, vel nuncium miserit ad Sarracenos, per pausatas possit perpendi. Sed quia impossibile⁶ videtur aliquem cum furto recedere, vel messagium Sarracenis facere sine consilio sociorum pausate, ideo mandamus ut pro malefactis huiuscemodi, socii qui remanserint penam sustineant, quam ille alias sustineret, si capi potuisset.

12. **De separatione algare.** Cum algaram separare voluerint, medietas societatis uniuscuiusque pausate vadat in algaram, et alia medietas remaneat in azagam. Et si forte medietatis pausate aliquis⁷ superaverit quod non sint pares similiter remaneat in azaga⁸.

13. **Quod algara restituat bestias suas.** Illi vero qui in algaram perrexerint, accipient quintam⁹ de omnibus his que lucrati fuerint¹⁰. Algarii itaque erectent omnes bestias de quinta¹¹ quam acceperant, sicut forum est.

¹Esse ad. E.

²Is qui iverit ad. E.

³Scribat om. E.

⁴Scribat ad. E.

⁵Quatinus E.

⁶In possibile P. impossible E. Impossible F.

⁷Aliquis F.

⁸Azaga P. F.

⁹Seximum F.

¹⁰Hic incipit nova lex E. F.

¹¹Sexma F.

14. **De electione quadrallariorum.** Ea similiter die qua algaram separaverint, omnes collationes dent singulos quadrellarios, qui dividant predam in die particionis fideliter dando unicuique partem suam.

15. **De scriptione lucri.** Ipsi etiam¹ faciant scribere numerum tocius lucri. Et super tales homines illud scribant², ut si forte inde aliquid perditum fuerit, ipsi valeant resarcire. Similiter quadrellarii faciant scribere et custodire Mauros, bestias, et peccora, et armenta³. Et custos quicumque ad diem particionis illud quod tenuerit, sicut scriptum est, non reddiderit⁴, pectet illud secundum quod concilium preceperit.

16. **Quod bestie exercitus sint in potestate quadrellariorum.** Equitature etiam sint in potestate quadrellariorum, iudicis et alcaldum, et si isti viderint aliquem bestiam maletractare, auferant eam illi, et dent illi qui bene custodiat.

17. **Quod quadrellarii dent bestias vulneratis et defectis.** Preterea quadrellarii videant vulneratos, infirmos, senes atque defectos tocius exercitus, et dent eis bestias que eos portent usque in⁵ diem particionis. Et si forte quadrellarii hoc ita non fecerint, iudex et alcaldes pignorent eos pro singulis menkalibus cotidie, et de ipsis nummis conducant bestias que portent vulneratos⁶, infirmos, senes, atque defectos⁷.

18. **De die particionis.** Cum ventum fuerit ad diem particionis, primitus ercent bestias et vulnera, postea sexment⁸. Sexmare⁹ ideo dicitur quia miles et pedites, cum simul fuerint, de iure non habent dare nisi sextum¹⁰. Milites cum soli fuerint sine peditibus dent quintum¹¹. Pedites vero cum soli fuerint dent septimum.

19. **Quod non detur quintum de Mauro qui pro captivo dare velint.** Tamen de Mauro, quem pro captivo¹² dederint tam milites quam pedites, non dent quintum¹³ de foro. Nec etiam

¹Quadrellarii *ad. E.*

²Scribunt P.

³Armata P.

⁴Rediderit E.

⁵Ad F.

⁶Vulneratos *om. E.*

⁷Defectos P. F. vulneratos *ad. E.*

⁸Septimet F.

⁹Septimare F.

¹⁰Seximum P. septimum F.

¹¹Septimum F.

¹²Cativo F.

¹³Septimum F.

de aliis rebus habent dare quintum, sexmum, aut¹ septimum nisi solum² de Mauris et bestiis et peccoribus et armentis.

20. **Que bestie sint restituende et que non.** Erectent autem bestias azegue³ bestias quas Mauri percusserint⁴ aut occiderint⁵ seu crepuerint. Bestias⁶, que hoc modo perdite fuerint, algara erectet de quinta⁷ sua similiter.

21. **De precio bestiarum restituendarum.** Erecta equi non transcendat sexaginta aureos; et usque ad sexaginta aureos⁸ quanto quisque iuraverit cum duobus vicinis pro⁹ suo equo, tantum accipiat. Alie vero bestie non transcendent viginti aureos; et usque ad viginti aureos¹⁰, quanto quisque iuraverit cum duobus vicinis tantum accipiat. Asini vero nullam habent anterētam, tamen habeant porciones sicut et equi.

22. **De precio plagarum curandarum.** Plaga, que os¹¹ fractum habuerit, habeat viginti menkales. Plaga etiam que transierit, habeat decem¹² menkales; et alia quelibet plaga habeat quinque menkales. Iste sunt erectiones¹³ tam hominum quam bestiarum, que vulnerate fuerint et¹⁴ tam in civitate quam extra.

23. **De mercede medici.** Hoc precium cirurgicus accipiat: scilicet pro plaga, si ex ipso icto os fractum habuerit, viginti menkales et non pro alia. Pro plaga penetrante, que duos lignos opus habuerit, decem¹⁵ menkales. Pro qualibet alia plaga non penetrante, nec os fractum habente, non accipiat cirurgicus¹⁶ nisi quinque menkales tantum¹⁷. Pastores quippe tam ovium quam vacarum¹⁸ habeant singulas oves quas elegerint. Custodes captivorum habeant¹⁹ quantum et²⁰ pastores,

¹Quintum, sexmum, aut erasum F.

²Modo ad. F.

³Azegue om. E.

⁴Percusserit P. F.

⁵Occiderit F.

⁶Bestie P. F.

⁷Sexma F.

⁸Aureum P.

⁹De P.

¹⁰Aureos om. E. F.

¹¹Hos F.

¹²Viginti P.

¹³Plagarum ad. E.

¹⁴Fuerint et om. E.

¹⁵Viginti P.

¹⁶Cirurgicus D.

¹⁷Hic incipit nova lex E. F.

¹⁸Vaccarum F.

¹⁹Habeant om. E.

²⁰Quantum om., ac non et stat F.

scilicet singulas oves. Et tam pastores quam custodes die ac¹ nocte semper custodiant usque ad² diem particionis.

24. **De pastoribus eligendis.** Et tam pastores etiam quam custodes de unaquaque collatione equaliter ponantur.

25. **De superlevatoribus pastorum.** Sed tamen tam pastores quam custodes primo dent superlevatores sufficientes per quos concilium habeat directum, cum necessarium fuerit.

26. **De eo qui primum militem derrocaverit.** Si miles aut pedes³ militem derrocaverit ad portam castelli seu⁴ ville, habeat equum pro suo; et qui eum alibi derrocaverit, accipiat scutum, aut⁵ sellam, aut ensem, quod istorum magis placuerit⁶.

27. **De eo qui primum in castellum intraverit.** Miles etiam aut pedes qui in castellum aut in turrim primitus intraverit, habeat quemdam⁷ Maurum de illis qui ibi fuerint inventi. Et si duo vel plures insimul intraverint, habeant illum Maurum communem.

28. **De armis restituendis.** Miles aut pedes qui lanceam cum signiculo, sive sine signiculo⁸, ad portam castelli sive ville in corpore Mauri perdiderit, pro lancea cum signiculo habeat duos aureos, et pro lancea sine signiculo habeat unum aureum. Arma etiam, quecumque in bello campestri perdita fuerint, restituantur.

29. **De eo qui captivatus fuerit de (exercitu).** Si miles aut pedes⁹ de exercitu captivatus fuerit, arma et equitatura ipsius erigantur.

30. **De captivo redimendo.** Et si captivus miles fuerit, et in exercitu miles Maurus¹⁰ fuerit, pro quo possit haberi, detur pro eo. Similiter pedes captivus Maurus pro pedestre captivo detur Christiano¹¹.

31. **De captivo alcayd.** Si Maurus alcayd¹² dominus, qu

¹Hac F.

²In P.

³Pedites P. F.

⁴Aut E.

⁵Vel F.

⁶Voluerit P. sibi placuerit E. Placuerit F.

⁷Quodam P. quendam F.

⁸Sive sine signiculis om. P. F.

⁹Pedites F.

¹⁰Similiter P. F.

¹¹Pro voce Similiter Christiano pedestre captivo P. pedestre captivo F.

¹²Alcayat E.

tunc teneat castellum, captus fuerit, si rex eum habere voluerit, redimat eum centum aureis, et sit regis. Ceteros autem captivos tam divites¹ quam pauperes habeant eos quicumque potuerint eos² lucrari.

32. **De carnibus dividendis.** Alcaldes itaque cum quadrellariis dent carnes de peccoribus raptis et armentis toti exercitu equaliter omnibus collationibus et domino Conche. Si quis enim carnes aliter ceperit, mutilentur ei aures.

33. **Quod lucrum debeat³ dividi et ad tradicionem tradi.** Cum ad diem particionis ventum fuerit, omnia, quecumque lucrata fuerint, ducantur ad particionem, ut peccora, armenta, bestie, vestes, suppellectilia, pecunie, aurum, argentum, atque arma, preter cibum Sarracenicum. Debent etiam dividi arma et ad particionem tradi.

34. **De pausata que suspecta fuerit.** Similiter cunctas pausatas perscrutentur iudex et alcaldes, si forte de furto suspicionem habuerint. Et apud quemcumque fuerit repretum, sit exsors et insuper tonsus in cruce mutiletur⁴ auribus.

35. **De eo qui se bis scribere fecerit.** Simili pena puniatur ille qui se bis scribere⁵ fecerit, id est tondeatur⁶, et auribus mutiletur⁷, sortemque penitus amittat.

36. **De porcionibus vexilli.** Vexillum itaque concilii habeat duplcem portionem, et istas porciones accipiat⁸ sibi iudex. Tamen si vexillum alterius concilii aut domini plures acceperit porciones, tot habeat vecillum Conche; et de istis similiter habeat iudex duas, cetere sint concilia.

37. **De porcionibus conducis.** Omnis condux sive adalil, si notus fuerit, accipiat duas portiones.

38. **De eo qui tala(m) vociferaverit.** Quicunque in exercitu talam⁹ vociferaverit, sit exsors, et pectet decem aureos.

39. **De eo qui lucrum particionis non dederit.** Quicunque de exercitu aliquid tenuerit et in die particionis illud quadrellariis non dederit, pectet illud duplatum, sicut latro.

¹Dives F.

²Eos om. P.

³Debeant Ms.

⁴Mutilentur P. F.

⁵Se scribere bis P. scribere se bis F.

⁶Tondatur P.

⁷Mutilentur P. F.

⁸Habeat P.

⁹Tala P. F.

40. **De foro almonete.** Quicumque de almoneta aliquid comparaverit et usque ad novem dies peccuniam non paccaverit, pectet eam duplatam. Et novem diebus transactis, querimoniosus pignoret ei pignora viva et mortua, donec pectet peccuniam cum duplo. Et illi qui debitum negaverit, firmet querimoniosus cum duobus cavalgatoribus.

41. **De eo qui pro peccunia almonete fideiussores miserit.** Omnis etiam qui pro peccunia almonete fideiussorem misserit¹, et usque ad novem dies ei non subvenerit, et fideiussor forte duplaverit, debitor quadruplum pectet fideiussori. Et si simpulum fideiussor pectaverit, debitor pectet ei duplum. Preterea sciendum est quod fideiussor almonete nullum habet placitum adducendi debitorem.

42. **De eo qui hominem percuesserit.** Quicumque alium percuesserit cum armis prohibitis, perdat manum dexteram.

43. **De eo qui sine armis percuesserit.** Et qui aliter eum percuesserit sine armis prohibitis, pectet calumpniam duplatam per forum Conche, quamcumque fecerit.

44. **De eo qui hominem occiderit.** Qui vero hominem occiderit, vivus sub eo sepeliatur.

45. **De eo qui furtum fecerit.** Qui furtum fecerit usque ad quinque menkales, et probari non potuerit, salvet se cum duobus vicinis et credatur ei. A quinque autem et supra respondeat suo pari. Sed si furtum ei probari potuerit², pectet peticionem duplatam cum novenis, sicut forum est³.

46. **De eo qui peticionem facere voluerit.** Quicumque peticionem concilio⁴ facere voluerit⁵, sive sit dominus sive iudex, sive alcalde, sive alias quilibet, faciat eam in prima die partitionis cum universum concilium preconio fuerit congregatum. Et si universum concilium in concedendo fuerit concors, habeat eam firmam ac stabilem. Si autem concilium concors in concedendo non fuerit, ita quod aliquis contradicat, peticio frivola sit et cassa. Promissio seu donativam alterius diei non valeat.

47. **De eo qui sine precepto concilii aliquid dederit.** Et si forte dominus aut iudex sive alcaldes sive quadrellarii, vel aliis

¹Dederit F.

²Pignora in campo ad. P. F.

³Duplatam quereloso et palacio duplum, sicut forum est F.

⁴Concilio om. F.

⁵Concilio ad. F.

quilibet, ipsa die, vel alia, sine precepto concilii aliquid dederit, pectet rem illam concilio duplatam iure latrocini, et ipsi, cui data fuerit, auferatur sine calumpnia. Et quicumque concilii in hoc casu¹ se fecerit querelosum, et datorem seu receptorem² convicerit, colligat calumpniam et habeat eam.

48. **De mercede capellani et notarii.** Capellano concilii detur pro mercede quidam Maurus; et notario similiter in exercitu quo perrexerit detur Maurulus. Quia neque capellano neque notario detur aliquid de exercitu nisi in quo ipsi profecti fuerint.

49. **Quod quadrellarii parificant collationes.** Deinde quadrellarii comparciantur per collationes parificant eos cum notario.

50. **De eo qui usque ad novem dies porcionem non habuerit.** Et si forte quadrellarius usque ad novem dies alicui porcionem, que contigerit eum, paccatam non habuerit, duplet eam querimonioso, et pectet unum aureum iudici, et alcaldibus. Et si culpa notarii istud evenerit³, notarius pectet porcionem duplatam, et aureum cauti, sicut dictum est.

51. **Quod querelosus alium debitorem non recipiat.** Et novem diebus transactis querimoniosus nullum alium debitorem recipiat; immo quadrellarii duplent, sicut dictum est. Ante novem dies vero⁴ habet recipere debitorem.

52. **De quadrellariis qui furtum fecerint.** Quadrellarius qui furtum vel fraudem in particione⁵ fecerit, pectet ut latro, probatum fuerit, et preconetur ne amplius teneat⁶ officium concilii et⁷ in testimonium recipiatur⁸. Quadrellarii itaque pro mercede sui laboris habeant singulas caballerias, exceptis suis porcionibus.

53. **De mercede iudicis et alcaldium.** Alcaldes vero et iudex habeant unusquisque quaternos aureos, si exercitus lucrum fecerit bonum. Quia si parum lucratus fuerit, duos

¹Hac casa F.

²Preceptorem P.

³Ipse ad. E.

⁴Nec P. om. E.

⁵Particionem P. F.

⁶Teneant E.

⁷Etiam preconetur ne amplius ad. E. F.

⁸Hic incipit nova lex E. F.

habeant et non plus quilibet eorum. Et si forte exercitus nichil acquisierit, ipsi nichil accipient¹.

54. **Quod ibi dent quintum ubi ceperint viaticum.** Milites aut pedites qui profecti in cavalgatam fuerint, dent quintum², aut sexnum³, aut septimum⁴, secundum quod forum preceperit, ubi viaticum ceperint. Forum est itaque quod soli⁵ milites, dent quintum; milites⁶ et pedites dent sexnum; soli⁷ vero⁸ pedites dent septimum.

55. **De conduce qui expeditione(m) minaverit.** Et adalil qui cavalgatam minaverit, accipiat duas porciones, si unus fuerit tantum. Quia si plures adaliles in expeditione fuerint, singulas tantum habeant porciones, nisi de beneplacito alie⁹ sibi date fuerint¹⁰.

56. **Quod conduci ali pro quinto respondeat.** Et adaliles colligant quintas¹¹ et respondeant cum illis¹² iudici. Et qui-cumque adalili quintam aut sexnum aut¹³ septimum deffenderit, pectet ei decem aureos.

57. **De almoneta que iudice absente facta fuerit.** Almoneta etiam que iudice absente facta fuerit, non valeat. Et quicumque peccuniam almonete solvere debuerit, solvat eam secundum computationem quatuor menkalorum¹⁴ pro aureo.

58. **De equo conducto.** Quicumque equum suum cavagatori dederit ad lucrum, postquam cavagator equum receperit, quamvis cum adalile non profiscatur, tamen si extiterit incolumis, pectet domino equi portionem conventam secundum extimationem¹⁵ adalilis. Quod dicimus de equo, dicimus de viatico, et de talegas.

59. **De eo qui in expeditione equum suum perdid(er)it.**

¹Habeant E.

²Septimum F.

³Sextum P.

⁴Aut sexnum aut septimum erasum F.

⁵Soli om. F.

⁶Soli milites E.

⁷Dent quintum soli erasum F.

⁸Et F.

⁹Alie om. P.

¹⁰Portiones ad. E.

¹¹Septimos F.

¹²Cum illis om. P.

¹³Quintam aut erasum F.

¹⁴Menkales P.

¹⁵Estimatione E.

Preterea quicumque in cavalgata¹ equum perdiderit, eo modo quo² superius in exercitu dictum est³, accipiat pro eo tantum⁴ usque ad sexaginta aureos⁵, cum duobus sociis⁶ iurando⁷.

60. **Conduces dividunt porciones expeditorum.** Adaliles etiam⁸ dividunt portiones cavalgatorum, atque ipsi sint iudices eorum, qui pro aliquo⁹ disceptaverint.

61. **De conduce qui ad novem dies non paccaverint.** Et omnis adalil qui ad novem dies non paccaverit, pectet porcionem duplatam; et novem diebus transactis, nullum alium debitorum recipiat querimoniosus nisi adalilem, aut¹⁰ qui vice adalilis diviserit.

62. **De eo qui absconsam expeditorum rapuerit.** Quicumque absconsam cavalgatorum rapuerit, pectet ducentos aureos, et exeat inimicus in perpetuum, si confessus fuerit; si autem negaverit, salvet se sicut de homicidio.

CAPITULUM XXXI.

1. **De eo qui in apellitum concilii non exierit.** Quicumque in¹¹ appellitum concilii non exierit; si miles fuerit, pectet duos aureos, et si pedes, pectet unum aureum¹². Similiter si quis appellitum audierit et statim vexillum die ac nocte secutus¹³ non fuerit usque ad locum ubi ipsum¹⁴ fuerit, pectet duos aureos, si miles fuerit, si autem pedes fuerit, pectet unum aurum sicut dictum est¹⁵. Et si forte dixerit aliquis¹⁶ quod die ac nocte ambulavit nec tamen plus potuit applicare, iuret solus et credatur ei.

2. **De eo qui dixerit se preconium non adduxisse.** Et si aliquis dixerit¹⁷ quod preconium appelliti¹⁸ non audivit, iuret solus

¹Cavalgatam P.

²Quod F.

³Dictum est in exercitu F.

⁴Pro eo id est F.

⁵Pro eo quantum P.

⁶Vicinis E.

⁷Usque ad sexaginta aureos iuraverit P.

⁸Alcaldes etiam F.

⁹Alio E. F.

¹⁰Eum ad. E.

¹¹Ad P.

¹²Aureum om. P. F.

¹³Die sequitus ac nocte P.

¹⁴Ipse F.

¹⁵Pectet duos aureos dictum est in margine F.

¹⁶Sed si aliquis dixerit E.

¹⁷Dixerit aliquis P. F.

¹⁸Appelliti E.

similiter¹ et credatur ei. Ille autem qui extra villam fuerit, cum appellitus intonuerit², si, cum venerit, societatem non habuerit³ et illic non perrexerit⁴, nichil pectet.

3. **Quod miles infirmus in appellitum non exeat.** Similiter infirmus neque miles qui equum suum in villa non habuerit, nichil pectet. Miles etiam qui equum suum ad⁵ alcacer tenuerit aut equum linentiatum⁶ habuerit, non vadat in appellitum. Cum appellitus venerit ad aldeam, ubi non habeant signum, extranei applicent ad locum priorum; sin autem, pectent ut dictum est. Ille autem qui dixerit⁷ se plus applicare non potuisse, aut in villa non esse, cum appellitus insonuit, iuret solus⁸, ut dictum est, et credatur ei.

4. **De prioribus appellitariis qui hostes confecerint.** Si forte priores appellitarii desbaratum fecerint, extremi qui⁹ bello non interfuerint, nichil habeant de lucro, quod fecerint priores, nisi¹⁰ beneplacito eorum¹¹. Si equus alicuius in appellitu interierit, pectet eum concilium, si dominus equi probare potuerit cum duobus vicinis¹², sicut forum¹³ est¹⁴. Forum autem est quod testes firment se equum videre morientem¹⁵, et non voluntate¹⁶ domini equi, et etiam in utilitate¹⁷ concilii, et non in sequendo venatum¹⁸. Et si¹⁹ crediti non fuerint, respondeant ad reptum; sin autem, non compleant²⁰. Si vero credite fuerint firme²¹, iuret dominus equi cum duobus vicinis quod culpa sua non interiit. Et in sacramento illo mittat precium quod ei constituit, si nondum annus fuerit transactus

¹Similiter *om.* E.

²Intonaverit F.

³Habere non potuerit E.

⁴Cum qua vadat E.

⁵In E.

⁶Linentiosum E.

⁷Illi autem qui dixerint P.

⁸Solus *om.* P. F.

⁹In *ad.* E.

¹⁰De *ad.* E.

¹¹*Hic incipit nova lex* E. F.

¹²Duos vicinos P.

¹³Dictum F.

¹⁴*Hic incipit nova lex* E. F.

¹⁵Si equum viderunt morientem P.

¹⁶Voluntatem P. F.

¹⁷Utilitatem F. voluntate P.

¹⁸*Hic incipit nova lex* E. F.

¹⁹Testes *ad.* E.

²⁰Complent E. F. *Hic incipit nova lex* E. F.

²¹Firme credite fuerint E.

quod eum comparavit. Quia si annus fuerit transactus potest eum facere cum duobus vicinis usque ad sexaginta aureos, et recuperare equum suum.

5. **Qualiter equus debeat concilio ostendi.** Et si forte equus alicuius crepuerit, aut ei linentia provenerit, dominus equi ostendat eum concilio, et iudex teneat eum usque ad triginta dies; et si sanaverit, detur domino suo; sin autem, pectet eum concilium.

6. **De eo qui usque ad tertium diem non ostenderit.** Et si dominus equi usque ad tertium diem post reversionem appelliti iudici aut duobus alcaldibus equum non ostenderit¹, perdat eum. Illi vero qui in appellitum non exierint, post reversionem usque ad² tertium diem pignorentur³. Nam post tertium diem nemo habet⁴ respondere.

7. **De eo qui in campestri bello campum expoliaverit.** Si concilium aut cavalgatores sive appellitarii pugnam campestrem confecerint, et antequam vexillum revertatur ab insecurione aliquis campum spoliaverit, aut furtum fecerit, pectet quatuorcentos aureos et sit exul in perpetuum. Et si non habuerit unde pectet⁵, precipitio. Si autem suspectus fuerit, nec potuerit convinci, salvet se cum duodecim vicinis.

8. **De eis qui preliantibus non subveneri(n)t.** Hoc idem iudicium damus ei⁶ qui ad oculum steterit et preliantibus non venerit in succursum aut alicubi se occultaverit aut aufugerit⁷ de acie. Quicumque usque ad novem dies aliquid de confectione invenerit, tradat illud particioni, et pro inventione habeat quartam partem tocius lucri.

9. **De eo qui concilium bandi fecerit.** Item quicumque sive sit aldeanus sive civis⁸, qui concilium sine precepto iudicis et alcaldum fecerit ad dehonorandum⁹ dominum vel quemlibet alium, sive ad vim faciendam alicui, vel ad hoc quidem¹⁰ con-

¹Hostenderit P.

²In E.

³Pignorantur P.

⁴Habeat P.

⁵Reddat E. reddeat F.

⁶De eo E.

⁷Fugerit E. affugerit F.

⁸Sive sit civis P.

⁹Dehonorandum P.

¹⁰Idem E.

silium bandi fecerit, pectet quingentos aureos, et totidem¹ quotquot tam² in concilium³, quam in consilio extiterint consentientes, de quibuscumque iudex aut⁴ alcaldes rei veritatem scire potuerint ad illud scelus conspirasse.

10. **De eo qui confectum fecerit sive in hostem.** Qui cumque de rebus Sarracenis⁵ furatus fuerit aliquid, et a die quod signum in urbe intraverit usque ad tres novem dies pro eo impeditus non fuerit, his diebus transactis non respondeat.

11. **De conduce qui hostem conduixerit ad castellum.** Quicumque Christianus ad alii hostem duxerit ad castellum seu villam, si capta fuerit, habeat ipse domum quamcumque voluerit cum omnibus que ibi fuerint. Si vero Maurus fuerit, habeat domum similiter cum quibus in ea fuerint; et omnes consanguinei illius⁶ sint salvi.

12. **De eis qui ganatu(m) Mauris excusserint.** Cavalgatores vel appellarii qui ganatum de Concha Mauris excusserint citra has metas, scilicet Villora⁷, Ynesta⁸, Tavar Rus⁹, accipient de ovibus tricesimum et de vaccis¹⁰ similiter. Et si ultra has metas illum excusserint, accipient decimum cuiuslibet ganati; et de Mauris, sive citra sive ultra, quos redire¹¹ fecerint, de unoquoque habeant quinque meniales, et de equo vel¹² mula similiter. De ganato vero quod¹³ lucrati fuerint¹⁴ postquam in villam¹⁵ aut in castellum intraverint¹⁶, non respondeant¹⁷ pro eo. Et de bestiis et Mauris similiter; et de ganato citra metas Tagi accipient sicut de ganato Conche. Et de ganato ultra metas Tagi accipient quintum ubicumque eum excusserint, sive citra metas predictas sive ultra.

¹Peccando P.

²Quam F.

³Concilio E.

⁴Et E.

⁵Sarracenorum E. Serracenis F.

⁶Insuper ad. E.

⁷Vilora E.

⁸Iniesta E.

⁹Tebarrus E. Tavar Rus P.

¹⁰Baccis P. F.

¹¹Reddire P.

¹²Et E. equo vel om. P.

¹³Qui P.

¹⁴Lucratum fuerit P.

¹⁵Villa P. F.

¹⁶Intraverit P. F.

¹⁷Respondeat F.

13. **De eo qui messagium conducis adduxerit.** Quicumque messagium de exercitu Sarracenorum aut¹ de eorum expeditione adduxerit, si postea concilium eos confecerit, habeat quinque aureos.

14. **De eo qui Maurum conducem² vel caput annaciati adduxerit.** Quicumque Maurum adalilem³ concilio⁴ adduxerit, habeat decem aureos; et qui caput noti anaciati⁵ adduxerit, habeat quinque aureos, et istos aureos tan adalilis quam anaciati det concilium⁶.

15. **De occisione conducis Maurorum.** Adaliles vero concilium⁷ faciat interficere⁸ quocumque modo sibi placuerit.

CAPITULUM XXXII.

1. **De eo qui res suas vendere voluerit.** Mando etiam quod quicumque res suas vendere voluerit, suum comparatorem recipiat pro fideiussore et debotore, quia si alium receperit non valeat ei. Tamen si venditor timuerit comparatorem recedere, aut ad placitum non paccare, querat ei superlevatorem ad forum Conche, qui persolvat debitum ad diem placiti, si forte comparator fugerit, vel⁹ non solverit.

2. **De eo qui aliquid comparare voluerit.** Ille etiam qui aliquid comparare voluerit, comparet cum fideiussore de salvo, qui eum liberet ab omni petitione et calumpnia, si fuerit necesse. Si quis enim huiusmodi fideiussorem non receperit et postea super emptione¹⁰ ab aliquo inquietatus fuerit, perdat eam, nisi ad forum Conche dederit auctorem.

3. **De comparationis et venditionis.** Quicumque aliquid vendiderit aut comparaverit vel¹¹ cambierit, sive sit radix sive mobile, ratum¹² habeatur preter monachis. Ita quod nullus eorum post contractum possit penitere.

¹Aud P.

²Conducis ms.

³Adalil P. F.

⁴Concilio om. P.

⁵Anaziati P. F.

⁶Aureos det concilium tam adalilis quam anaciati P. F.

⁷Mauros E.

⁸Concilium ad. E.

⁹Aut P.

¹⁰Emptionem F.

¹¹Aut P.

¹²Hoc ad. E.

4. **De eo qui radicem vendere voluerit.** Tamen ille qui radicem aliquam vendere voluerit, faciat eam preconari per tres dies in urbe, et tunc si aliquis de illius parentela eam emere voluerit, emat eam tanto, quanto ille qui carius eam emere voluerit. Tribus diebus transactis, vendat eam unicuique¹ sibi placuerit².

5. **Quod nullus peniteat de contradictione.** Et contradictione facta nullus possit penitire.

6. **De eo qui hereditatem non fecerit preconare³.** Et si forte eam preconari non fecerit, et eam vendiderit, parentes vendoris non ideo possunt convenire emptorem⁴, sed venditorem tantum, quia radicem vendidit occulte⁵ propinquis nescientibus, unde habet eis⁶ solvere tantam ac talem radicem et tanto quanto aliam vendidit. Sed si preconata fuerit, ut dictum, est, non habet pro ea cuiquam respondere. Sed si forum esset quod nullus posset vendere radicem nisi parentibus suis tantum, penitus hereditates vilitarentur, nec posset precium illarum subvenire⁷ captivo sive homicide.

7. **De eo qui radicem impignoraverit vel Maurum ministerialem.** Quicumque vineam aut aliam⁸ hereditatem aut Maurum ministerialem⁹, si tam hereditas quam Maurus redditus dare possit¹⁰, vel non impignoraverit¹¹, teneat¹² eam impignorator nunquam se redimendo, habendo¹³ usumfructum illius, donec totam peccuniam suam recuperit, quam pro ipsa dederit. Et quando dominus rei rem suam recuperare voluerit, redimat eam a Ianuario usque ad Ianuarium, si vinea fuerit, et non post. Si vero ager, redimat eum a Sancto Michaele usque ad Sanctum Michaelem. Si nec hoc nec illud, redimat quandocumque¹⁴ peccuniam habere potuerit. Radix enim in Concha nunquam habeat¹⁵ tranzari nec fenerari¹⁶.

¹ Unicuique F.

² Voluerit E.

³ Separatio non intercedit E. F.

⁴ Aut comparatorem E.

⁵ Occulte om. P.

⁶ His F.

⁷ Nec posset subvenire precium illarum E. F.

⁸ Aliquam F.

⁹ Ministralem P. F.

¹⁰ Possint P.

¹¹ Impignoraverint P. F.

¹² Teneant P. F.

¹³ Habendum E. F.

¹⁴ Quemcumque F.

¹⁵ Habet F.

¹⁶ Fenari F.

8. De eo qui impignoratam vendere voluerit. Si forte ille qui hereditatem impignoratam habuerit vel aliud aliquid de supradictis, et eam¹ vendere voluerit propter iram regis vel² homicidium aut³ captivationem, moneat dominum pignorum ut redimat eam. Si autem noluerit aut⁴ non potuerit, vendat eam, et accepta⁵ pecunia sua domino pignorum residuum reddat⁶. Si vero eam vendere non potuerit, impignoret eam⁷ cuicunque voluerit eo pacto quo ipse pignora tenuerit. Et talis venditio⁸ rata habeatur. Similiter impignoratio huiusmodi firma habeatur, ita quod nec emptor nec impignorator propter hoc aliquid perdat aut calumpniam pectet. Verumtamen si ille qui pignora vendiderit, totam peccuniam suam recuperare non potuerit, non ideo respondeat ei qui impignorationem fecerit, nisi testibus probare potuerit, quod⁹ ambo de pacto¹⁰ hoc pepigerunt, scilicet quod dominus hereditatis reintegret¹¹ eum de tota peccunia, si forte precium hereditatis ad reintegrationem non sufficeret¹².

9. De impignoratione conditionaliter. Impignoratio etiam hereditatis sive bestie vel alterius rei cuiuslibet, que facta fuerit ad diem statutum, et ad placitum non fuerit redempta, vendatur, excepta radice¹³, auro¹⁴, et argento, et margaritis, et armis ferreis sive ligneis¹⁵. Illius autem quod¹⁶ forum vendere permittat¹⁷, residuum detur domino suo.

10. De qui impignoratione(m) fecerit. Item quicumque domum suam seu tendam locaverit¹⁸ per annum vel per mensem¹⁹, teneat eam usque ad ultimum diem sui placiti, ita quod²⁰ nec

¹Ea P.

²Propter ad. E.

³Vel E.

⁴Aud P.

⁵Accepta om. F.

⁶Detur P.

⁷Eam om. F.

⁸Vendicio P.

⁹Quando E.

¹⁰De pacto om. E.

¹¹Reintegret P.

¹²Sufficiet P. suffiet F.

¹³Excepta radice om. P.

¹⁴Excepto auro P.

¹⁵Lignis P.

¹⁶Que P.

¹⁷Permittit P.

¹⁸Locaverit om. E.

¹⁹Mesem P. Locaverit ad. E.

²⁰Itaque P.

locator nec conductor de pacto possit penitere, neque condicionem frangere. Tamen si conductor eam dimittere voluerit aliqua necessitate¹ que ei evenerit, seu infortunio², iterum locet eam alteri, qui domino³ sua voce et conditione⁴ cum precio locationis respondeat; aliter domum non relinquit.

11. **De locatore qui dampnum in domo fecerit.** Item si quis in domo sibi locata dampnum quodcumque⁵ fecerit, resarciat illud estimatione duorum vicinorum⁶.

12. **De locatore qui in domo aliquod opus fecerit.** Ille vero qui⁷ in domo sibi locata opus aliquod⁸ fecerit ex precepto domini domus, computetur expensa illa, et etiam opus quod fecerit in precio locationis, et restituat illud dominus domus⁹.

13. **De domino qui domum impignoratam condurce voluerit.** Item si quis domum suam impignoraverit, et a domino peccunie eam conducere voluerit, conducat eam si impignoratori¹⁰ placuerit, aliter non. Si vero ei placuerit, paccet mercedem conductionis quam inter se pepigerint; et stet in ea¹¹ quantum impignoratori¹² placuerit, et non plus.

14. **De eo qui domum locatam domino nesciente dimiserit.** Item quicumque domum sibi locatam¹³ domino nesciente vel¹⁴ impaccato¹⁵ dimiserit, reddat mercedem locationis dupplatum. Et si domino sciente eam reliquerit, secundum pactum quod¹⁶ pepigerint, antequam exeat domum, paccet¹⁷ mercedem locationis aut det pignos in duplo ut paccet usque¹⁸ ad novem dies¹⁹; sin autem, postquam novem dies fuerint transacti, pectet mercedem locationis dupplatum²⁰.

¹Necessitate P.

²Infortuno P.

³Domus ad. E.

⁴Conductione P. conditionem F.

⁵Aliquod E.

⁶Lex undecima in margine F.

⁷Item si quis F.

⁸Aliquid P. F.

⁹Domi E.

¹⁰Impignoranti E.

¹¹Eam P. F.

¹²Impignoranti E.

¹³Tenuerit in margine ad. F.

¹⁴Et P. F.

¹⁵Non paccato F.

¹⁶Quem F.

¹⁷Salvat F.

¹⁸Paccet usque om. F.

¹⁹Persolvat ad. F.

²⁰Sin autem, placo preterito duplum persolvat. F. Et si domino sciente . . . Pectet mercedem locationis dupplatum (cf. duplum persolvat F.) in margine F., om. P.

CAPITULUM XXXIII.

1. **De foro impignorationis et venditionis.** Mando itaque quod quicumque bestiam vicino vendiderit, ad forum Conche emptor teneat eam usque ad novem dies, ut in hoc spatio inspiciat utrum sit sana necne¹. Et si forte emptor usque ad novem dies bestiam linentiosam viderit, reddat eam venditori et recuperet premium quod dederit pro ipsa. Si vero ultra novem dies eam tenuerit, de commercio nullo modo valeat peniteri. Verumtamen si venditor dixerit bestiam sibi sanam vendidisse, iuret cum duobus vicinis se verum dicere, et non recipiat bestiam, neque premium reddat. Si autem iurare noluerit, aut nequiverit, reddat premium, bestiamque retineat². Preterea dicimus quod si emptor dixerit bestiam esse linenciosam, nec tamen linenciam ostendere potuerit, nequeat peniteri. Pro aliis autem vitiis emptor bestiam non reddat, nisi solummodo pro linentia, sicut dictum est.

2. **De bestia impignorata si forte interierit.** Si quis equum aut bovem aut aliam bestiam ad angariandum impignoraverit et mortua fuerit propter³ immoderatum onus⁴ vel improbum laborem, pectet eam, quia culpa sua periit⁵. Dominus autem bestie tantum pro ea recipiat quantum sacramento affirmaverit, in ratione⁶ precii recipiendo peccuniam, quam in pignorando sibi data fuerit. Sed si forte ille qui bestiam tenuerit, dixerit bestiam non esse mortuam culpa alicuius hominis, sed infirmitate qua incidit, iuret cum quodam vicino illud esse verum⁷, et credatur ei. Dominus vero perdat vestiam, et reddat pecuniam quam super eam acceperat.

3. **De bestia impignorata si linenciam incurrit.** Sed si bestia fuerit viva et apud impignoratorem⁸ in linentiam inciderit, pectet eam.

4. **De eo qui bestiam impignoratam angariaverit⁹.** Si

¹ Nova lex incipit E. F.

² Nova lex incipit E. F.

³ Pro F.

⁴ Honus P.

⁵ Interit E.

⁶ Rationem F.

⁷ Illud esse verum om. P.

⁸ Impignorationem F.

⁹ Separatio non intercedit E. F.

quis bestiam aut alia pignora angariaverit aliena absque domini sui iussione, perdat peccuniam suam¹, et pignota sint soluta.

5. De pacto hominis. Propter huiusmodi disceptationes mandamus quod quicumque bestiam suam ad angariandum impignoraverit, faciat pactum cum eo quantum onus² bestia³ portet, et qua via eam ducat, et si postea sub illo onere⁴ et in⁵ via pacta animal mortuum fuerit, nichil pectet.

6. De eo qui bestiam impignoratam ultra pactum locum duxerit. Sed si forte dominus bestie testibus firmare potuerit, quod magis⁶ onoravit⁷ eam quam pepigerunt⁸, aut ad⁹ alium locum eam duxit, et in itinere illo mortua fuerit, pectet eam sacramento domini sui. Si vero hoc probare¹⁰ non potuerit, iuret dominus pignoris¹¹ cum uno vicino, et sit creditus quod culpa sua non est mortua, nec magis eam oneravit¹², nec ad alium locum eam duxit. Dominus vero perdat bestiam, et reddat peccuniam quam in pignoratione¹³ receperat¹⁴.

7. De eo qui rem aliquam mutuatam acceperit. Item si quis bestiam aut aliam rem mutuatam acceperit, et eam perdidit, aut dampnificaverit vel penes eum obierit, pectet eam sacramento domini sui. Item si quis bestiam mutuatam vel aliam rem ultra locum pactum¹⁵ vel ad diem statutum eam non reduxerit ad domum unde eam extraxerit, pectet eam duplatam.

8. De eo qui mutacionem negaverit. Item si quis rem aliquam aut bestiam mutuo acceperit et timore supradicte pene accomodationem¹⁶ negaverit, et dixerit sibi fore¹⁷ inpignoratam, aut locatam, et alias e contra firmare potuerit, pectet petitionem dupplatam. Si vero firmare non potuerit, iuret solus ille qui defenderit¹⁸, et credatur ei.

¹Suam *om.* E.

²Honus P.

³Bestia *om.* E.

⁴Honore P.

⁵In *om.* P. F.

⁶Maius F.

⁷Honoraverit P.

⁸Pepigerit P.

⁹Ad *om.* E. P.

¹⁰Si probare E. si vero hoc firmare P.

¹¹Pignoris *om.* P.

¹²Honeraverit P.

¹³Pignorationem F.

¹⁴Acceperat F.

¹⁵Duxerit *ad.* F.

¹⁶Acomodationem P. F.

¹⁷Dixerit forte P.

¹⁸Defendit E. deffendit P. defendant F.

9. De eo qui bestiam alienam angariaverit. Quicumque bestiam alienam¹, sive sit bos sive equus, vel quodlibet² animal, sive quamlibet³ aliam rem domino invito, vel nesciente angariaverit, pectet eam duplatam, et insuper pro quolibet die, quo⁴ res penes eum fuerit, pectet unum aureum.

10. De bestia conducta. Si quis bestiam alienam locaverit, nichil pectet, si antequam domino suo eam reddat, mortua fuerit, iurando tamen quod nullius hominis culpa mortua est, et sit creditus⁵. Tamen si conductor bestie locum pactum transierit, aut viam cambierit, vel ad diem statutum eam non reduxerit, et interim capta fuerit, vel mortua, seu perdita, pectet eam sacramento domini sui, et etiam det domino bestie cotidie precium locationis donec eam pectet.

11. De bestia conducta qui linentiam habuerit. Conductor etiam qui bestiam sanam receperit⁶, et antequam eam reddat domino suo, clavilesa, aut insulsa, vel dorsilesa fuerit, aut aliam linentiam habuerit, conductor teneat eam usque ad triginta dies. Et si in hoc spacio eam⁷ sanare non potuerit, pectet eam sacramento domini sui. Verumptamen tamen in his diebus⁸ quibus eam ad curandum tenuerit, quousque dominum faciat pacatum⁹, precium locationis non persolvat.

12. De conductione conductoris et locacionis. Conductor atque¹⁰ locator pro bestia sana de pacto non possunt¹¹ penitere.

13. De eo qui malelaborantem conduxerit. Item si quis servum vel alium hominem ad laborandum conduxerit, et secundum rationem ceterorum conducticiorum non laboraverit, conductor deiiciat eum dando ei¹² precium quod meritus fuerit.

14. De Mauro vel servo conducto¹³. Conductor etiam qui Maurum aut¹⁴ servum conduxerit, custodiat eum donec domino

¹Angariaverit *ad.* E.

²Quilibet P. F.

³Quemlibet P. F.

⁴Qua P.

⁵Creditus *om.* P.

⁶Acceperit E.

⁷Ea F.

⁸Duobus F.

⁹Peccatum P.

¹⁰Conductor itaque neque P. F.

¹¹Possit P. F.

¹²Ei *om.* P.

¹³Conductione ms.

¹⁴Vel E.

suo reddatur, quia si aufugerit, tenetur precium reddere sacramento domini sui. Similiter pectet eum si eum occiderit, aut ei linenciam fecerit. Si autem eum verberaverit aut percusserit, pectet calumpniam quamcumque¹ fecerit secundum ius Conchense.

15. **De eo qui bestiam alienam occiderit.** Item si quis bestiam alienam occiderit, aut ei linentiam fecerit, pectet eam sacramento domini sui, si querimoniosus² probare potuerit; sin autem, iuret suspectus cum³ se secundo⁴, et credatur ei.

16. **De eo qui bestiam alienam percusserit.** Item si quis bestiam percusserit alienam, pectet quinque solidos, si querelosus firmare potuerit; sin autem, iuret solus et credatur ei.

17. **De eo qui bestiam vulneraverit alienam.** Ille qui bestiam alienam⁵ vulneraverit, pectet quinque aureos, si probari potuerit; sin autem, iuret solus et credatur ei⁶.

18. **De eo qui caudam bestie depilaverit.** Et qui caudam bestie⁷ depilaverit, tot⁸ quinque solidos pectet, quot⁹ setas extraxerit, si probari¹⁰ potuerit; sin autem, salvet se solus iurando et credatur ei. Similiter pectet vel salvet se¹¹, qui bestiam stimulaverit alienam¹².

19. **De eo qui bestiam equitaverit alienam.** Similiter¹³ pectet vel salvet qui bestiam equitaverit alienam domino suo nolente; pectet decem solidos, si testibus convictus fuerit; sin autem, iuret solus et credatur ei.

20. **De eo qui bestiam angariaverit alienam.** Item qui bestiam alienam angariaverit domino suo nolente, pectet eam dupplatam, et insuper quot¹⁴ noctibus penes eum manserit, tot¹⁵

¹Quacumque E.

²Querelosus E.

³Cum om. P. F.

⁴Secundum P.

⁵Alienam om. P. F.

⁶Sit creditus F.

⁷Aliene ad. E.

⁸Tot om. F.

⁹Quod P.

¹⁰Probare E. F.

¹¹Se om. F.

¹²Similiter . . . alienam om. P. in margine ad. F.

¹³Item F.

¹⁴Quod P.

¹⁵Tot om. P.

pectet decem aureos, si firmare potuerit; sin autem, iuret solus¹ suspectus et credatur ei².

21. **De eo qui equum sue eque iactaverit alienum.** Item quicumque equum alienum eque sue, domino equi nesciente, iactaverit, pro qualibet vice pectet duos aureos, aut det medietatem fructus querimonioso; hoc tamen sit in electione quere-losi, si probare³ potuerit; sin autem, iuret solus et sit creditus⁴. Hoc tamen cautum dictum est tam de maioribus bestiis quam de parvis, excepto quod pro parva bestia, ut porco, ove, capra, et consimilibus⁵, non habet quis iurare nisi solus.

22. **De eo qui usum fructum ganati alieni ceperit.** Quicunque ganatum alienum, domino invito, exquimaverit, pectet sacramento domini sui omnem usumfructum dupplatum, et etiam pectet ganatum dupplatum, quod in sua potestate perierit morte vel aliter.

CAPITULUM XXXIV.

1. **De eo qui canem investigatorem occiderit.** Quicumque alanum aut sabusum vel galgum⁶ occiderit, pectet quinque aureos, si testibus convictus fuerit; sin autem, iuret cum uno⁷ vicino et sit creditus.

2. **De potenco.⁸** Item qui potencum alienum occiderit, pectet decem menkales, si testibus probari potuerit; sin autem, iuret solus et sit creditus.

3. **De cane qui lupo carnem excuciaverit.** Si quis canem rusticum occiderit, qui lupum occidat, vel carnem lupo⁹ excutiat, pectet quindecim menkales si testibus probari potuerit; sin autem, iuret cum uno vicino et sit creditus.

4. **De caravo.** Siquis caravum occiderit, qui alluvionem possit intrare et exire, pectet quinque menkales, si probari potuerit; sin autem, iuret solus et credatur ei. Pro omnibus

¹Solus om. P.

²Similiter pectet vel salvet se qui bestiam stimulaverit alienam ad. P.; confer legis duodevicesimae ultima verba.

³Probari P.

⁴Et credatur ei E.

⁵Consimilia P. F.

⁶Ganatum P.

⁷Quodam E.

⁸Separatio non intercedit E. F.

⁹Lupo om. E.

aliis canibus tam magnis, quam parvis, non pectet nisi duos menkales.

5. **De eo qui canem investigatorem linenciaverit.** Quicumque alanum aut sabusum¹ aut galgum aut rusticum de lupo aut potencum linenciaverit, pectet eum velut² si occidisset eum, aut salvet se eodem modo.

6. **De eo qui canem occiderit se defendendo.** Item si quis a cane se deffendendo eum occiderit, nichil pectet, si firmare potuerit; sin autem, iuret dominus canis quod eum occidit non se deffendendo, et tollat pectum quod de canibus superius dictum est.

7. **De cane qui morsum infigerit.** Si canis alicui morsum infigerit, et occidere eum homo non potuerit, dominus canis mittat dampnatum in potestate querelosi ad faciendum de eo quicquid sibi placuerit, si querelosus firmare potuerit³; sin autem, iuret dominus canis cum duobus de quatuor cognominationis et sit creditus.

8. **De dampno quod canis alienus fecerit.** Omne aliud dampnum quocumque canis alienus sive in domo, sive extra domum, fecerit, dominus eius pectet illud, aut mittat dampnatum in manu querelosi sicut dictum est, si querimoniosus⁴ firmare potuerit; sin autem, iuret dominus canis solus et sit creditus.

9. **De murilego.** Quicumque murilegum alienum occiderit, pectet duodecim denarios, si testibus convictus fuerit.

10. **De gallina.** Quicumque gallinam alienam occiderit, pectet octo denarios.

11. **De ansare et aliis avibus domesticis.** Et qui ansarem occiderit⁵, pectet dimidium menkalem; et pro anate duodecim denarios; pro pavone unum aureum.

12. **De bestia domestica⁶.** Aliam avem domesticam vel bestiam pectet⁷ sacramento domini sui⁸. Si forte occisor¹⁰

¹Sahusum E., sausum F.

²Ut P.

³Si . . . potuerit om. F.

⁴Separatio non intercedit E. F.

⁵Querelosus P.

⁶Occiderit om. P. F.

⁷Separatio non intercedit E. F.

⁸Eam ad. P.

⁹Hic incipit nova lex E. F.

¹⁰Occisor om. P.

dixerit quod scienter eam non occidit, iuret et pectet mediatem cauti, et dominus eam sibi retineat; et si forte occisor manifestus querimoniosum in iudicium distrahere voluerit, pectet cautum duplatum, quod superius dictum est.

13. De eo qui avem domesticam occiderit. Item si quis gallinam, ansarem, vel aliam avem¹ domesticam linenciaverit, pectet eam sacramento domini sui, et tollat eam sibi² percussor³. Item si quis eam⁴ furatus fuerit, et inde convictus⁵, pectet eam sicut latro. Si forte negaverit, et testibus convinci non potuerit, salvet se sicut de furto⁶.

14. De eo qui columbam occiderit. Qui columbam columbaris occiderit sive in villa sive extra villam, vel eam⁷ in laqueo vel aliquo⁸ ingenio ceperit, pectet quinque solidos⁹, et pro columba nature domestice decem solidos¹⁰.

15. De columbari. Item quicumque ad fenestras columbaris alieni retem aut laqueum paraverit, vel intus intraverit, pectet trecentos solidos¹¹. Similiter qui eum incenderit aut destruxerit, totidem pectet, si testibus probari¹² potuerit; sin autem, salvet se cum duodecim vicinis et sit creditus.

16. De murilego¹³. Item qui murilegum alienum in columbari suo occiderit, nichil pectet.

CAPITULUM XXXV.

1. Venator qui in hostem sive in alio loco venatum percusserit vel occiderit. Mando etiam quod quicumque venatum a principio cum canibus suis moverit, velut aprum, cervum, onagrum, leporem, cirogrillum, perdicem et cetera, sit sui, quamvis aliis homo aut canes alieni, aut avis aliena eum occidat, sive in ingenio cadat alieno, excepta domo.

¹Rem P. F.

²Sibi om. P.

³Hic incipit nova lex E. F.

⁴Gallinam alienam vel aliam avem domesticam E.

⁵Fuerit ad. P.

⁶Si forte de furto om. P.

⁷Eam om. E.

⁸Alio E.

⁹Soldos mss.

¹⁰Soldos mss.

¹¹Soldos mss.

¹²Probare P.

¹³Separatio non intercedit E. F.

2. De eo qui domum fecerit onagrorum. Quoniam si quis domum ad venatum capiendum fecerit, et alius in ipsa domo venatum ceperit, det medietatem domino illius domus, et residua¹ sit venatoris.

3. De eo qui vim fecerit venatori. Item quicumque vim fecerit venatori, qui a principio venatum moverit, sicut dictum est, pectet ei pro onagro decem menkales, et pro cervo quinque menkales, et pro apro sex menkales; et insuper pectet² decem aureos propter violentiam illatam, si venator³ probare potuerit; sin autem, suspectus salvet se cum quodam vicino et sit cerditus.

4. Item qui vim fecerit venatori. Ille etiam qui vim fecerit venatori super leporem aut cirogrillum aut perdicem vel alium venatum, aut avem huiusmodi, pectet venatum⁴ duplatum⁵, et predictum cautum decem aureorum, si querelosus firmare potuerit; sin autem, salvet se suspectus cum quodam vicino, et sit creditus.

5. De eo qui canem vel avem venatori occiderit. Quicunque canem investigatorem alienum vel avem super predam occiderit, pectet eam sacramento domini sui duplatam. Si vero cani vel avi quis linenciam fecerit, similiter pectet sacramento domini sui.

6. De eo qui avi aut cani predam abstulerit. Item si quis cani aut avi predam abstulerit, pectet unum aureum e predam duplatam⁶. Et si forte canis aut avis perdita fuerit occasione illa⁷, pectet eam sacramento domini sui.

7. De eo qui in hostile venatum moverit a principio. Qui in hostile vel in alio loco venatum moverit a principio⁸, habeat caput cum quanto auris⁹ attigerit¹⁰, si asper fuerit, si onager, habeat tuertegam¹¹ lumbalem, et de carnibus partem suam. Et qui hoc ei prohibuerit, pectet illud duplatum.

8. De venato qui per se venerit ad populatum. Item si

¹Residuum E.

²Pectet om. P.

³Venatori F.

⁴Aut avem . . . venatum om. P.

⁵Det eum duplatum P.

⁶Hic incipit nova lex F.

⁷Illa occasione perdita fuerit E.

⁸Primitus percusserit E. Moverit a principio, ille qui primo eum percusserit F.

⁹Aurus om. P.

¹⁰Attigerint P.

¹¹Turtegam P.

quis¹ venatus ad populatum venerit sine canibus et ibi interierit, quotquot supervenerint habeant partes suas, et mulier pregnans habeat duas partes. Ille autem qui primum² eum percusserit, habeat forum sicut scriptum est³.

9. **De venato quem canes adduxerint ad populatum.** Si canes venatum ad populatum adduxerint, venatore absente, illi qui ad venatum supervenerint, cibent canes et custodiant venatum usque in diem tertium⁴. Post tertium vero diem dividant carnes et corium venatori reservent, et canes domino suo custodiantur.

10. **De venato venatori qui laqueo ceciderit alieno.** Item si quis insequendo venatum aut predam cum canibus aut cum avibus, venatus in laqueo vel in ingenio alieno ceciderit⁵, capiat eum insecutor et iterum paret ingenium. Quod si non fecerit, pectet cautum quod dictum est⁶ de ingenio disparato.

11. **De eo qui venatum lassum invenerit vel mortum.** Item quicumque venatum lassum invenerit sine canibus, non respondeat pro eo; et si⁷ venatum mortuum invenerit et aliquis venator dixerit quod sui canes illum occiderunt vel ipsem et cum sagitta⁸, iuret venator cum quodam vicino pro cervo, et onagro, et apro, et dama. Pro aliis venatibus iuret solus et sit creditus, habeatque venatum. Si forte iurare noluerit aut nequierit, non tradatur illi. Quod autem dicimus de sagita, dicimus de venabulo, et de quolibet alio genere armorum.

12. **De eo qui venatum in cipo invenerit.** In cipo autem⁹ quicumque venatum invenerit¹⁰, aut evasum a cipo¹¹, habentem pedem fractum aut vulneratum aut abscisum, reddat eum domino cipi¹². Quod si non fecerit, pectet sicut superius dictum est.

13. **De utensilibus piscatorum.** Si quis retem¹³ piscatoris aut piscatum¹⁴ retis vel gurgustium furatus fuerit, pectet damp-

¹Aliquis E. F.

²Primo E

³Sicut forum est scriptum E.

⁴Ad tertium diem E.

⁵Occiderit P.

⁶Cautum sicut P.

⁷Qui P.

⁸Sagita P.

⁹In cipo autem om. E.

¹⁰In cippo ad. E.

¹¹Cippo E.

¹²Cippi E.

¹³Rete E. F.

¹⁴Piscamen P.

num sicut latro, si convictus fuerit; sin autem, salvet se sicut de furto.

14. **De eo qui cannalem alienum violaverit.** Si quis etiam cannalem alienum¹ dampnificaverit, aut inde aliquid furti ceperit, pectet decem aureos et dampnum duplatum². Piscator quoque qui in circuitu molendini usque ad novem³ passus vel a fauce Ville Albe usque ad Belvis cum rete barredania, vel cum trasmaio piscatus fuerit, pectet viginti aureos.

15. **De eo qui cipum aut laqueum disparaverit.** Si quis cipum⁴ aut laqueum aut losam disparaverit alienam, pectet quinque solidos et dampnum duplatum sacramento querelesi, si ipse firmare potuerit; sin autem, iuret solus suspectus et creditatur ei.

16. **De eo qui venatum de alio ingenio ceperit.** Hanc eandem sentenciam damus contra eum⁵ qui venatum de alienis ingeniiis ceperit, neque domino suo reddiderit.

17. **De bestia qui cipum disparaverit.** Item si bestia alicuius aut alia res cipum⁶ disparaverit, aut laqueum, vel losam, dominus illius rei, que ingenium disparaverit, iterum paret illud: quod si non fecerit, pectet quinque solidos.

CAPITULUM XXXVI.

1. **De foro operariorum et conductorum et de pena illius qui mercedem non solverit.** Mando etiam quod si quis operarios conduixerit et ea die mercedem eis non solverit, alia die iudex pignoret eum pro duplo et mercede⁷, et pignora illa mittat ad usuram pro mercede duplata⁸; dignus est enim operarius mercede sua⁹. Pignoratio autem ista non remaneat pro festo¹⁰, neque pro feria¹¹, neque pro¹² alia aliqua occasione.

¹Piscaminis ad. E.

²Hic incipit nova lex E. F.

³Octo P.

⁴Cippum E.

⁵Damus ei E.

⁶Cippum E.

⁷Et pro mercede duplata P.

⁸Et pignora . . . pro mercede duplata om. P.

⁹Idem Luc. X, 7; Dignus est operarius mercede sua I. Tim. 5, 18;
Dignus enim est operarius cibo suo Matt. X, 10.

¹⁰Pro festo om. P.

¹¹Neque pro foro ad. F.

¹²Pro om. E. F.

2. De conditione servientium mercennariorum. Serviens itaque mercennarius si cum aliquo pactionem morandi fecerit, ab introitu Marcii usque ad festum Sancti Johannis et ante placitum dominum suum reliquerit, habeat medietatem mercedis quam deservierit. Ille vero qui a festo Sancti Johannis usque ad festum Sancti Michaelis¹ dominum suum reliquerit, mense Augusti transacto, habeat duas partes mercedis quam deservierit. Si vero citra mensem Augusti eum reliquerit, habeat medietatem mercedis, quam deservierit. A festo itaque Sancti Michaelis usque ad introitum Marcii, si dominum suum reliquerit, habeat terciam partem mercedes quam deservierit. Sed si forte dominus ante diem placiti mancipium suum deiecerit, det ei totum quod² deservierit.

3. Cum serviens a domino separari voluerit. Omnis autem serviens³ sive⁴ mercennarius cum a suo⁵ domino separari voluerit⁶, expediatur se ab eo in populato. Et tunc si dominus de eo querelam habuerit, querat ei⁷ superlevatorem a die expeditionis usque ad novem dies. Et recepto superlevatore pulset eum quando sibi placuerit. Tamen si dominus mercennarii in exercitum aut in appellitum aut extra terminum fuerit, ita quod ante novem dies reddire non possit, in redditu⁸ suo querat ei superlevatorem, ubicumque eum invenerit, et habeat⁹ directum de illo¹⁰. Si¹¹ dominus vero¹² in termino¹³ fuerit et ante novem dies ei superlevatorem non quesierit, transactis novem diebus non respondeat ei.

4. Quod serviens mercedem suam debeat habere. Dominus autem a die expeditionis usque ad novem dies det ei mercedem suam; sin autem, duplet eam.

5. De mercennario qui non se expedierit. Verumptamen si mercennarius non se expedierit, amittat¹⁴ mercedem, et in-

¹Ad Sanctum Michaelem P.

²Quot P.

³Omnes autem servientes P.

⁴Vel P.

⁵Suo om. P.

⁶Debuerit P. F.

⁷Ei om. E.

⁸Redditū P.

⁹Abeat P. F.

¹⁰Ab eo P.

¹¹Si om. P. F.

¹²Si ad. P.

¹³No ad. F.

¹⁴Amittat P.

super, quandocumque eum dominus invenerit, habeat directum de eo.

6. **De conditione bavilarum et nutricum.** Hoc idem dicimus de cameraria¹, et nutrice quam quis in domo sua² tenuerit, excepto quod totam mercedem, quam deservierit, accipiat, cum recedere voluerit, quia iste omni tempore equaliter laborant. Servientes autem seu mercennarii omni tempore non laborant equaliter, cum³ in tempore nivium⁴, et in consimilibus nullum opus exerceant⁵.

7. **De eo qui dominum suum percutserit.** Item si mercennarius vel serviens dominum suum percutserit, perdat manum dexteram et mercedem. Si autem eum occiderit, precipitet vel comburatur tanquam⁶ proditor; et hoc sit in electione⁷ consanguineorum mortui⁸.

8. **Hoc idem de cameraria dicimus.** Hoc idem dicimus de cameraria, et de nutrice, que dominam suam percutserit aut⁹ occiderit.

9. **Qui sint domini.** Dominos autem vocamus patres et matres familias, et filios et filias eorum.

10. **De eo qui mancipum suum percutserit vel occiderit.** Si vero dominus mancipium suum¹⁰ percutserit vel¹¹ occiderit, pectet quamcumque calumpniam fecerit; filii enim alieni non sunt percutiendi impune¹². Quia quicumque eos percutserit, punietur¹³ iuxta leges et consuetudines Conchenses. Verumptamen si forte mercennarius seu serviens domino suo refellerit, aut ad libitum suum non laboraverit, expellat eum dominus a domo sua dando ei mercedem quam deservierit; verberare autem aut percutere nequaquam domino licet.

¹Mercennaria P., camararia F.

²Domum suam P.

³Quia E.

⁴Nimum F.

⁵Exercent E.

⁶Tamquam E.

⁷Eleccione P.

⁸Querelosi P.

⁹Vel F.

¹⁰Suum *om.* P.

¹¹Aut P.

¹²Impune percutiendi P.

¹³Puniretur P.

CAPITULUM XXXVII.

1. **De foro pastorum tam gregum quam armentorum.**
Mando etiam quod pastor ovium custodiat gregem domini sui
a festo Sancti Johannis usque ad diem illam revoluto anno.

2. **De tempore quo pastor oves custodire debeat.** Sed si
dominus ei¹ oves suas auferre voluerit, auferat eas antequam in-
cipiant parere², et det ei quantum deservierit iuxta pactum quod
simul statuerint; postquam enim parere incepient³, pastor
non debet expelli. Sed tamen si dominus eum expellere voluerit,
det ei mercedem tocius anni et recedat. Sed si forte pastor
propria voluntate, nulla necessitate interveniente⁴, oves do-
mini sui⁵ dimiserit⁶, nichil accipiat. Tamen si evidens neces-
sitas pastori evenerit, ut inimicia⁷, languor⁸, captivatio,
accipectat quantum deservierit⁹, et recedat in pace.

3. **De mercede pastoris.** Merces vero pastoris¹⁰ sit hec:
septimum habeat agnorum, et septimum caseorum, et septimum
lane ovium sterilium et arietum¹¹, et septimum lactis caprarum
et hedorum. Det dominus etiam pastori et rabadano suo¹²
pro anafaga octo kafices, medietatem inde et medietatem inde.
Similiter dominus det canibus suis panem; et rabadanus et¹³
cabannarius habeant mercedem quam pepigerant cum dominis
suis. Pastori etiam det dominus totam suam anafagam usque
ad festum Sancti Martini. Quam si non dederit, pastor emat
eam, et postea dominus pectet eam¹⁴ sacramento pastoris, si
verbum eius simplex non crediderit. Et habeat etiam pastor
duos solidos ad avarcas¹⁵ emendas, et quatuor pelles ad villosam
faciendum.

4. **De pastore qui mandatum domini sui preterierit.** Pastor

¹Pastori E.

²Parere incipient E.

³Ceperint E.

⁴Interveniente om. P.

⁵Domini sui om. P.

⁶Dimisserit E.

⁷Inimicitia E.

⁸Languor P.

⁹Deservit E. F.

¹⁰Pastori E. F.

¹¹Et septimum arietum ad. P.

¹²Et cabannario E.

¹³Et om. P.

¹⁴Eam om. P.

¹⁵Abarcas E.

enim minet oves ad mandatum domini sui, et de ovibus occisis seu mortuis ostendat cauteriaturam, sive ferrum et aures¹. Quod si non fecerit, pectet eam² sacramento domini sui³.

5. **De pastore suspecto.** Si forte dominus suspicionem⁴ habuerit, quod pastor aut sui homines eas occiderunt, iuret dominus et⁵ pectet pastor. Si forte dominus⁶ iurare noluerit, iuret pastor et sit creditus⁷. Sed si pastor iurare noluerit, pectet eas.

6. **De pastore qui mandato concilii preterierit.** Preterea si concilium propter metum guerre pastores ad metam certam⁸ ambulare preceperint, et aliquis pastorum metam transierit, pectet quocumque dampnum a raptoribus evenerit, vel de montatico istius concilii vel alterius castelli sacramento domini sui. Quapropter mandamus quod pastores ambulent ad cautum concilii per forum. Et si quis eorum metam prohibitam transierit, pectet decem aureorum iudici et alcaldibus, dominoque ganati, quamvis pastor nullum dampnum incurrat, tamen pectet⁹ quia contumax fuit et inobediens concilio¹⁰. De ista autem calumpnia habeat unum aureum de communi quicunque pastorem¹¹ accusaverit.

7. **Quod pastores ponant bestias ad mapalia trahenda.** Pastores etiam tam ovium quam vaccarum¹² dent bestias ad mapalia trahenda. Quicumque mapale¹³ violaverit, pectet cautum domus populate.

8. **Quod pastores gregarii et armentarii eundem habeant forum.** Vaccarii pastores habeant illud idem forum cum dominis suis, et similiter ambulent ad cautum concilii. Et qui metam transierit, pectet cautum supradictum.

9. **De mercede pastoris armentarii.** Pastor itaque armentarius habeat pro mercede vitulum biennium¹⁴ quolibet anno, et vitularius vitulum annalem.

¹Et aures *om.* P.

²Eam *om.* E.

³Totum damnum *ad.* E.

⁴Suspicionem E. suspicionem F.

⁵Iuret dominus *om.* P.

⁶Dominus *om.* P.

⁷Credatur ei E.

⁸Certam *om.* P. F.

⁹Pectet *om.* P.

¹⁰Concili P.

¹¹Eum P.

¹²Vacarum F.

¹³Mapalem P. F.

¹⁴Biennem P.

10. **De divisione fructus ganati.** Quilibet dominorum, tam ovium quam vaccarum¹, habeat de usufructu² caseorum et butiri secundum quod expensam dederit. Quare dicimus quod quilibet iuxta quantitatem ovium vel vaccarum³ ponat sal et annafagam⁴.

11. **De butiro quod pastores post festum Sancti Johannis fecerit.** Preterea pastores⁵ de butiro quod post festum Sancti Johannis fecerint, habeant septimum, et residuum sit dominorum suorum⁶; sin autem, pectent illud eorumdem sacramento.

12. **De mercede opilio(nis) caprarum.** Opilio caprarum, qui de domo, exit⁷, et ad domum revertitur, si annafagam ceperit, habeat septimum lactis et hedorum⁸. Et si annafagam non ceperit⁹, habeat quartum hedorum¹⁰ et septimum lactis et de¹¹ capris¹² sterilibus de qualibet quatuor denarios¹³.

13. **De caprario suspecto.** Opilio vero caprarum, qui paraperam notam dederit, sit creditus. Verumptamen si dominus de parapera dubitaverit, iuret ipse et pectet pastor. Si forte dominus iurare noluerit, iuret caprarius et sit creditus. Si forte iurare noluerit, pectet eam. Si vero opilio dixerit de capra perdita sibi iactatam non fuisse, iuret dominus quod ipse vel alius pro eo eam sibi iactaverit et pectet opilio.

14. **De caprario qui ante tempus capras dimiserit.** Si caprarius ante placitum capras deicerit nisi pro tribus causis supradictis, nichil accipiat de mercede quam deservierit¹⁴. Si vero dominus caprarum eas sibi abstulerit, postquam ceperint parere, det ei mercedem tocius anni. Ante enim quam parere incipient potest illas¹⁵ sibi auferre dando ei quantum deservierit.

15. **De conditione subulci.** Vicarius subulcus habeat eamdem¹⁶ conditionem et forum quod opilio caprarum.

¹Vacarum F.

²Usu P.

³Baccarum P. vacarum F.

⁴Annafaga P. F.

⁵Pastores om. P.

⁶Suorum om. P.

⁷Exierit E.

⁸Et hedorum om. P. lactis edorum F.

⁹Receperit E.

¹⁰Edorum P.

¹¹Et hedorum. Et si annafagam et de om. F.

¹²Ovibus P.

¹³Habeat quatuor denarios P. Habeat quatuor numos F.

¹⁴De mercede quam deservierit om. P.

¹⁵Eas P.

¹⁶Eandem P.

16. **De mercede subulci¹.** Merces autem est subulci tocius anni sex denarii pro unoquoque porco aut almudius² tritici, quod domino magis placuerit.

17. **De securitate caballionis.** Si caballio³ bestias concilii custodire voluerit, det primo iudici sufficientes superlevatores⁴, per quos⁵ emendet quocumque dampnum fecerit, vel culpa eius evenerit.

18. **De mercede caballionis.** Merces autem caballionis⁶ tocius anni sit⁷ duodecim denariorum pro qualibet bestia; et pro pullo, autunno preterito, similiter.

19. **Ubi dentur bestie caballioni.** Quicumque autem bestiam caballioni dederit, iactet eam⁸ ad portam Valentie et inibi⁹ eandem¹⁰ sero recipiat¹¹.

20. **De bestia quam caballio perdiderit.** Et si forte viarius bestiam aliquam perdiderit, pectet eam¹². Tamen si dixerit quod sibi iactata non fuerit, iuret dominus cum duobus vicinis pro equo; pro alia vero bestia iuret cum uno vicino, et pectet caballio. In sacramento illo mittat dominus appre- ciaturam bestie sive equi.

21. **De bestia que in flumine ceciderit.** Si forte aliqua¹³ bestia ceciderit in flumine¹⁴, aut in barranco, unde eam extrahere non possit¹⁵, emittat voces et¹⁶ appellitum ad quod¹⁷ omnes currant¹⁸. Quod si non fecerit, pectet eam, si forte interierit, aut aliquod dampnum incurrerit.

22. **De bestia quam caballio occiderit.** Si caballio bestiam aliquam occiderit, aut linenciaverit, pectet eam; et si dixerit

¹Separatio non intercedit E. F.

²Almudem P. almudem F.

³Cabillo F.

⁴Fideiussores sufficientes F.

⁵Pro quibus E.

⁶Est ad. E.

⁷Sit om. E. F.

⁸Eam om. P.

⁹Ibi P.

¹⁰Eamdem E.

¹¹Post vocem iactet eam, in rasura ipso presente vel suis hominibus et ab ipsis cum necesse fuerit recipiat F.

¹²Eam om. P.

¹³Alia E.

¹⁴Fluvio E.

¹⁵Potuerit E.

¹⁶In E.

¹⁷Quem P.

¹⁸Concurrant E.

quod alius homo bestiam occidit¹, vel alia bestia eam linencia-
verit, iuret caballio cum quodam vicino et sit creditus, et pectet
ille pro quo caballio iuraverit.

23. De vicario boum. De vicario boum² paucis multa
comprehendimus³ dicentes⁴ quod⁵ vicarius boum habeat illud⁶
idem forum et conditionem quod caballio equorum. Merces
autem vicarii boum sit in beneplacito et in pacto dominorum
atque vicatii⁷.

CAPITULUM XXXVIII.

1. De fidelitate omnium mercennariorum atque servientium. Et omne mancipium mercennarium, sive pastor sive
bubulcus sive ortolanus, hanc fidelitatem debet domino suo
observare, scilicet⁸, ut sit fidelis in omni commisso, et deposito,
atque secreto. Sit etiam ei fidelis in custodiendo omnes⁹ res
suas, ne in eis dampnum faciat, aut facere consentiat. Nec
etiam habeat rem cum uxore domini sui, neque cum filia¹⁰, vel
cum nutrice, seu cameraria.

2. De eo qui dominum suum zelotipaverit. Et si forte
mancipium mercennarium, sive pastor sive bubulcus sive orto-
lanus, dominum suum zelotipaverit, occidat eum cum uxore,
sicut forum est, vel¹¹ occidat publice, si testibus probare po-
tuerit¹². Si autem testibus probare rem non¹³ potuerit, accuset
eum de proditione, et respondeat ad reptum. Si victus fuerit,
sit in iudicio domini sui ad faciendum de eo quicquid sibi pla-
cuerit. Si vero vicerit, sit creditus, et in campo derreptatus.
Et insuper dominus det ei mercedem quam desrevierit.

3. De eo qui filiam domini sui cognoverit. Si mancipium
mercennarium filiam domini sui cognoverit, perdat mercedem
quam deservierit, si dominus rem testibus probare potuerit, et

¹Occiderit E.

²Bovum F.

³Comprehendibus F.

⁴Dicentibus P.

⁵De vicario quod om. E.

⁶Illud om. P.

⁷Vicarii atque dominorum P.

⁸Scilicet om. E.

⁹Omnies om. P.

¹⁰Sua ad. E.

¹¹Occidat vel om. P.

¹²Si potuerit om. P.

¹³Non om. P.

exeat inimicus omnium domini parentum in perpetuum. Si vero rem testibus probare non potuerit, et eum suspectum habuerit, respondeat ad reptum. Et si victus fuerit, habeatur pro infidele¹, et exeat inimicus in perpetuum. Si forte vicerit, sit creditus et in campo derreptatus, et habeat mercedem suam.

4. **De eo qui nutricem domini sui cognoverit.** Item si mancipium mercennarium nutricem domini sui cognoverit, et eius occasione lac fuerit corruptum, et filius obierit, sit inimicus in perpetuum et pectet calumpnias homicidii. Si vero suspectus fuerit, reptetur et pugnet. Si victus fuerit, pectet calumpnias homicidii, et exeat inimicus in perpetuum. Si autem vicerit², sit creditus, et in campo³ derreptatus, et insuper habeat mercedem suam.

5. **De eo qui camerariam domini sui cognoverit.** Si mancipium mercennarium rem habuerit cum clavigaria⁴ domini sui, et ipse testibus rem probare potuerit, mancipium⁵ perdat mercedem, quam deservierit, et eiiciatur⁶ a⁷ domo sine calumpnia.

6. **De omni dampno quod mercennarius domino suo fecerit.** Et si quid ei⁸ surripuerit⁹, pectet illud sacramento domini sui; quia¹⁰ omne dampnum aut furtum aut amissionem quamcumque pastor, sive serviens sive mercennarius sive bubulus sive etiam ortolanus domino suo fecerit, vel culpa mercennarii ei evenerit, pectet eam¹¹ sacramento domini sui, et mittat dominus in sacramento se illud non facere cupiditate vel odio¹², quod contra mancipium habeat¹³. Verumptamen si ante sacramentum mercennarius probare potuerit testimonio vicinorum, quod res, quam dominus petit, culpa sua non fuerit¹⁴ amissa aut mortua, sit creditus nec respondeat domino suo¹⁵ super hoc.

¹Infidi E.

²Iuraverit P.

³In campo om. P.

⁴Clavigera E.

⁵Mancipum P.

⁶Eiciatur P.

⁷De P.

⁸Mercenarius domino E.

⁹Subripuerit P.

¹⁰Quod P.

¹¹Illud E.

¹²Hodio F.

¹³Faciat E.

¹⁴Fuit P. E.

¹⁵Suo om. E.

7. De pastore negante peccudem sibi datam. Si forte pastor negaverit peccudem armentum sibi iactatam non fore, quam¹ dominus exigerit, firmet dominus cum participibus suis, vel cum vicinis, sicut forum est, et pectet pastor. Si forte dominus firmare non potuerit, iuret pastor et sit creditus.

8. Quod pastor non respondeat domino suo pro dampno predatorum. Sed tamen² non respondeat domino suo pro rebus quas raptiores ei abstulerint, nisi forte mercennarius res domini sui sua stulticia ad talem locum minaverit, aut portaverit, quo ire non debeat³, vel forte contra preceptum domini sui eo profectus est, ubi res amisse sunt. Quoniam si mercennarius contra preceptum domini sui alicubi perrexerit, licet mercennarius⁴ captivetur, tamen dominus⁵ res suas non debet ammittere, sed querat eas⁶ superlevatori vel patri aut matri vel uxori, si quam habuerit.

9. De thesauro quem mancipium invenerit. Preterea quicquid⁷ mancipium⁸ in expeditione aut in exercitu aut in appellito lucratus fuerit, totum domini sui est, cuius panem comedit et preceptis obtemperat. Similiter si aliquod thesaurum invenerit, vel aliud aliquod, totum domini sui est, qui eum reficit et procurat.

CAPITULUM XXXIX.

1. De foro exploratorum custodientium ganatum. Mando quod sculca similiter faciat suos alcaldes, et sculcarii ambulent ad cautum eorum et ipsi faciant iusticiam et iudicent inter querimoniosos⁹ antequam sculca separetur. Nam post separationem nemo respondeat pro querimonia vel petitione que acciderit in sculca.

2. De eo qui cautum exploratorum non tenuerit. Si quis autem cautum alcaldum¹⁰ non tenuerit, sive¹¹ concili, pectet

¹Quod E.

²Pastor E.

³Debebat F.

⁴Contra mercennarius om. P.

⁵Suis ad. P.

⁶Ei P.

⁷Quicquid P.

⁸Mancipum P.

⁹Querelosos E.

¹⁰De sculca ad. E.

¹¹Sui ad. E.

illud quod ipsi in cauto posuerint¹. Sculca quippe sic debet teneri. Domini ganatorum teneant sculcam mense Decembris², Januarii, Februarii³, et medietate⁴ Marcii, dando duobus armamentis unum militem et tribus gregibus unum militem⁵. A medietate Marcii usque ad diem Sancti Johannis teneat concilium. A die autem Sancti Johannis usque ad diem Sancti Michaelis teneat ille, qui fuerit alcayd de Concha⁶, Beteta, Pobeda, Almalones, Zahoreias⁷, Ortapelaio⁸, Canizareios, Recuenco. Iste aldee dent sexaginta pedites a die Sancti Johannis usque ad festum Omnim Sanctorum, qui ambulent in serra cum ganatis. Iste vero aldee non teneant sculcam cum concilio, nec pectent in sculca concilii⁹. Miles autem qui a centum et supra oves habuerit, teneat sculcam; et sicut oves ad festum¹⁰ Sancti Johannis pastori iactaverit quisque¹¹, sic sint per totum annum. Et qui hoc non fecerit, montitent ei oves. Miles autem¹² qui in sculcam¹³ perrexerit, teneat equum viginti aureos et supra valentem, sive sit civis sive aldeanus.

3. **De foro reclove venatorum.** Mando similiter quod reclove faciant alcaldes suos¹⁴ et ambulent ad cautum eorum et illi alcaldes iudicent omnes causas que in reclova evenerint; et si quis in reclova alicui iniuriatus fuerit, satisfaciat ei iudicio illorum alcaldum antequam reclova separetur. Quia¹⁵ post separationem reclove nemo pro reclove iniuria respondeat. Si quis autem mandatum concilii reclove aut ipsorum alcaldum transierit, pectet cautum quod ipsi posuerint.

CAPITULUM XL.

1. Quod inventor faciat preconari res quascumque inventerit, sin autem furti iudicio condempnetur. Mando etiam quod

¹ *Nova lex invipit* E. F.

² Decembri F.

³ Febroari F. Febroarii P.

⁴ Medietatem P. F.

⁵ Et tribus . . . unum militem *om.* P.

⁶ A die Sancti Michaelis usque ad Decembrium sculcam teneat concilium super ganatum si necesse fuerit *in margine ad.* F.

⁷ Zahoreias P.

⁸ Ortapelaio P.

⁹ Beteta . . . sculca concilii *om.* F.

¹⁰ In festo E.

¹¹ Quicunque P.

¹² Quoque F.

¹³ Sculca P. E.

¹⁴ Suos *om.* P.

¹⁵ Qui P. E.

quicumque bestiam sive aliam quamcumque rem in civitate invenerit, et eadem die illam¹ preconari non fecerit, penesque eum² pernoctaverit, pectet eam duplatam tanquam de furto; et si extra villam in termino invenerit et usque ad terciam diem³ in urbem non adduxerit, et eam preconari non fecerit, similiter pectet eam tanquam⁴ de furto.

2. **De re preconata nec veraciter repetita.** Postquam autem res fuerit preconata, et nullus eam veraciter⁵ pecierit, inventor teneat eam manifestam, donec veniat dominus eius. Et si forte dominus cum venerit, perdita fuerit, aut mortua, nichil pectet inventor, si iurare voluerit quod culpa sua non est mortua, neque perdita. Si enim iurare noluerit, pectet eam.

3. **De eo (qui) rem inventam veraciter non repetierit.** Quicumque rem inventam mendaciter suam fecerit, pectet eam duplatam. Dominus enim⁶ inventicij restituat inventori suo sacramento quicquid in rem inventam⁷ expendidit⁸.

4. **Si bestia in domo inventoris conceperit.** Si bestia in domo inventoris conceperit, ipse habeat medietatem fructus, si eam dominus postea requisierit; sed⁹ si pregnans fuerit inventa¹⁰, inventor nichil habeat de fructu.

5. **De eo qui inventicium angariaverit.** Si forte inventor inventicium sic angariaverit¹¹, ut minus valeat, pectet illud duplatum; et postquam dominus rem suam invenerit, duplet eam, qui illam¹² angariaverit.

6. **De eo qui rem testificatam defenderit.** Quicumque bestiam vel aliam¹³ rem, postquam fuerit testificata, defenderit, et postea in causa illa convictus fuerit, pectet eam duplatam.

7. **De eo qui rem testificatam sibi datam esse dixerit.** Quicumque dixerit rem testificatam sibi datam, aut venditam, aut depositam fuisse, det auctorem. Et ille auctor det super-

¹Illam *om.* P.

²Eum *om.* P.

³Diem tertium E.

⁴Sicut F.

⁵Veraciter *om.* P.

⁶Itaque F.

⁷Re inventa E.

⁸Expendiderit E.

⁹Sed *om.* P. E.

¹⁰Reinventa P.

¹¹Angaverit P.

¹²Eam P.

¹³Alienam F.

levatorem, qui¹ compleat forum Conche. Et iste auctor similiter, si dixerit se dare alium auctorem, et eum dederit, ad forum Conche recipiatur, si superlevatorem dederit, quod compleat forum Conche.

8. **Forum².** Et in isto tercio auctore finiat iudicium³. Forum est enim quod ultra tercium auctorem iudicium non procedat⁴. Si aliquis auctorum⁵ dixerit, seu deffensor, rem penes eum esse natam, et nutritam, sive factam, et res valuerit a viginti⁶ menkalibus et supra, iuret hoc cum duobus vicinis et sit creditus. Sed si a viginti⁷ et infra⁸ valuerit, iuret cum quodam vicino et credatur⁹ similiter.

9. **Aliud forum de auctoribus¹⁰.** Si quis istud complere non potuerit, solvat peticionem duplatam¹¹. Quicumque auctorem se dare promiserit¹², det eum usque ad tercium diem ad portam iudicis ad placitorum preconium.

10. **De eo qui dixerit auctorem extra terminum esse.** Tamen si dixerit auctorem extra terminum fore, iuret se verum dicere, et tunc detur ei placitum trium novem dierum, ut, si potuerit, adducat eum in prima novena, sin autem in secunda; et¹³ si autem in secunda non potuerit, saltem¹⁴ adducat eum in tercia. Si vero eum in tercia¹⁵ adducere non potuerit, cadat a causa, et pectet peticionem duplatam.

11. **De eo qui auctorem dare promiserit.** Sciendum tamen est quod quicumque auctorem dare promiserit¹⁶, statim debet eum cognominare quia aliter non valet¹⁷.

12. **De placito auctorem adducendi.** Ille etiam qui placitum trium novem dierum habuerit adducendi auctorem, et in prima novena vel in secunda eum adducere non potuerit, si in

¹Quod P.

²Separatio non intercedit E. F.

³Nova lex incipit E. F.

⁴Non procedat om. P.

⁵Auctor P.

⁶Vigineti P.

⁷Vigineti P.

⁸Supra P.

⁹Sit creditus P.

¹⁰Separatio non intercedit E. F.

¹¹Nova lex incipit E. F.

¹²Promisserit E.

¹³Sin autem et om. P.

¹⁴Saltem om. P.

¹⁵In tercia om. E. F.

¹⁶Promisserit E.

¹⁷Valeat P.

unaquaque novena¹ iurare non venerit quod pro posse suo eum quesivit², nec tamen reperire potuerit, cadat a causa et duplet petitionem³, sicut dictum est. Verumptamen si dixerit defensor auctorem isse ad regem vel in peregrinationem, vel in arreclovam⁴, vel in expeditionem, vel in arrequam, vel in explorationem, aut⁵ esse infirmum, expectet eum pulsans, sicut dictum est de testibus dandis. Animadvertisendum est etiam quod licet defensor in unaquaque novena veniat iurare, tamen si ad⁶ unumquodque⁷ placitum rem testificatam non adduxerit, cadat a causa.

13. **De eo qui dixerit rem in nundinis emisse.** Item si defensor dixerit rem testificatam in nundinis emisse⁸, firmet cum duobus vicinis quod in nundinis eam emit, et de die, et credatur ei.

14. **De eo qui dixerit rem in nundinis eam emisse⁹.** Sed si dixerit quod in nundinis eam emit, et non de die, nichil valeat¹⁰, quia hoc est forum nundinarum, ut quicquid emptum fuerit, sit coram testibus et de die.

15. **De eo qui se dixerit rem a Sarracenis emisse.** Item si defensor dixerit rem in terra Sarracenorum¹¹ emisse, firmet cum axea aut cum duobus vicinis illius arreque; et si cum axea firmaverit, sit creditus. Si autem cum vicinis firmaverit, usque ad viginti menkales sit creditus; supra viginti querimoniosus reptet¹², si voluerit.

16. **De eo qui dixerit rem de almoneta traxisse.** Et si dixerit quod de almoneta traxit rem, firmet cum conduce et quodam vicino, vel cum duobus cavalgatoribus, et credatur.

17. **De eo qui se dixerit rem a venditore concilii emisse.** Ille itaque qui dixerit se a concilii cursore¹³ eam emisse¹⁴, det eum auctorem; et si cursor auctor exierit, habeat querimoniosus

¹Veniat ad. P.

²Quesiverit P.

³Petitionem duplet E.

⁴Reclovam P.

⁵Vel P.

⁶Ad om. P.

⁷Unumquemque P.

⁸Emissa in nundinis P. nundinis om. F.

⁹Separatio non intercedit E. F.

¹⁰Valet E.

¹¹Serracenorum F.

¹²Reptet querelosus E.

¹³Cursore concilii P.

¹⁴Emissa eam E.

forum cum auctore, sicut superius dictum est. Si autem cursor negaverit, pectet defensor petitionem duplatam. Deinde si auctorem ipse vincere potuerit, restituat ei quicquid ipse querimonioso pectaverit cum omnibus expensis.

18. **De eo qui se dixerit in foro emisse.** Item si defensor dixerit rem testificatam in foro emisse, det auctorem sicut superius dictum est. Condicio enim fori et nundinarum¹ eadem esse debet.

19. **Item aliud forum de auctoribus.** Predictis adiciendum est quod quicumque auctorem dare debuerit ad forum Conche, det eum in Concha et talem et tali modo² quod superius dictum est. Quamvis dictum sit auctorem non valere nisi in Concha datus fuerit, tamen sunt³ casus in quibus valet ad Concha non adductus. Quia si aliquis aliunde Concham venerit populare, et in suis partibus pro hereditate, quam vendiderit, appreciaturam receperit, debet auctorem dare hoc modo: scilicet, petitor et defendens debent fidelem calciare; et si ita res fuerit sicut defendens affirmat, pulsans solvat calciamentum et expensam fidelis, et cadat a causa; si forte res ita se⁴ non habuerit sicut defendens dicebat, ipse solvat precium calciamenti et expensam fidelis, et cadat a causa.

20. **De veste testificata.** Si quis vestem testificatus fuerit et possidens eam difenderit dicendo se eam consuetam⁵ emisse, et super hoc auctorem se dare promiserit⁶, ducat eum ad urbem sicut forum est. Quod si non fecerit, cadat a causa. Si forte dixerit eam ab ignoto emisse, iuret defensor se emisse rem ab ignoto, et petens similiter iuret⁷ quod rem illam nunquam vendidit nec dedit nec accommodavit, sed quod eam perdidit casu vel furto, et querimoniosus recuperet rem suam. Pulsatus vero si⁸ rem testificatam gratis dederit, non pectet duplum; sed si⁹ rem testificatam defenderit et iure victus fuerit, pectet eam duplatam. Tamen si ille, qui petit, dixerit multa sibi cum illa

¹Non ad. P. F.

²Concha secundum E.

³Sint F.

⁴Se res ita P.

⁵Consutam E.

⁶Promisserit P. F.

⁷Iuret similiter P.

⁸Cum F.

⁹Sibi ad. E. F.

¹⁰Cum autem P. F.

re¹ furata fuisse aut ablata aut perdita, impetat eum quem suspectum habuerit iure civitatis, et alter respondeat ei.

21. **Item de veste testificata².** Item si ille cui vestis fuerit testificata³, dixerit se eam pannum emisse ab institore cognito, calcient ambo fidelem, qui sciat ab illo institore⁴ rei veritatem. Et si institutor firmaverit, petens cadat a causa et solvat calceamentum⁵ et expensam fidelis. Si forte negaverit institutor aut rei veritatem discernere⁶ non potuerit, defendens cadat a causa et solvat calceamentum⁷ et expensam fidelis. Sed quia institutores cum panni veterascunt⁸, cognoscere difficile possunt, mandamus quod nullus post dimidium annum respondeat pro veste quam incisam emerit ab institore, si potuerit⁹ firmare cum suis vicinis¹⁰ tantum tempus esse transactum.

22. **De suppellectili testificato.** Si quis suppellectile testificatus alicui fuerit¹¹, si possidens dixerit se illud in nundinis emisse, firmet sicut forum, est nundinarum, et sit creditus. Si vero dixerit quod in foro aut¹² ab aliquo illud emit¹³, det auctorem sicut forum est Conche; sin autem, cadat a causa. Sed si forte dixerit in domo sua esse textum, firmet cum tribus viciniis, aut cum textrice et duabus vicinibus, et credatur ei. Sed si forte firmare non potuerit, cadat a causa.

CAPITULUM XLI.

1. **De foro hospitorum.** Mando etiam quod si hospes in domo sui hospitis emptionem fecerit de pane aut vino aut annona, non det hostalagium. Sed si hospes emptionem non fecerit in domo sui hospitis, det hostalagium; scilicet, solvat denarium qualibet nocte pro unaquaque bestia. De¹⁴ omni itaque mercatura quam mercator coram suo hospite fecerit,

¹Rem illam P.

²Separatio non intercedit E. F.

³Testificata om. P.

⁴Institore illo P.

⁵Calceamentum E.

⁶Dicere F.

⁷Calceamentum E.

⁸Eos ad. E.

⁹Potuerit om. E.

¹⁰Potuerit ad. E.

¹¹Fuerit alicui E.

¹²Aut om. P.

¹³Emerit P.

¹⁴Pro E.

firmet mercator cum eo et sit creditus nec respondeat ad reptum. Preterea sciendum est quod ubicumque mercator pausaverit ibi debet hostalagium dare, licet in alia domo teneat res suas. Similiter si mercator aliquid vendere voluerit, de quo dominus¹ domus aliquid² emere voluerit³, si forte dominus domus presens non fuerit, tamen habeat medietatem mercature; si vicino vendita fuerit, nichil habeat inde, si presens non fuerit; si autem presens fuerit, habeat medietatem mercature peccuniam solvendo.

2. De domino domus qui hospitem suum percusserit⁴. Si dominus domus hospitem suum percusserit, pectet calumpniam quamcumque fecerit duplatam. Si autem dominum domus hospes⁵ percusserit, pectet calumpniam quam fecerit ad forum civitatis. Si dominus domus hospitem suum occiderit et convictus fuerit, vivus sub mortuo sepeliatur. Dominus domus non respondeat suo hospiti pro rebus amissis que sibi commendate non fuerint; pro rebus vero commendatis respondeat. Verumtamen si hospes dominum aut aliquem suorum suspectum habuerit, dominus satisfaciat ei ad forum civitatis.

3. De foro axearum. Mando itaque quod omnis omnis axeas⁶ det fideiuosores valituros in concilio, ut requa, quam duxerit, sit salva tam in eundo quam redeundo. Nam ipse debet pectare omne dampnum quod reque acciderit preter dampnum furti vel malefacti meriti vel proprii debiti. Axea etiam iudicet rixantibus⁷ arrequa*ri*orum et faciat iusticiam in arrequa; et omnis axea qui concilio infidelis probatus fuerit, precipitetur. Et quilibet axea pro axeatico⁸ de centum ovibus vel arietibus accipiat unum aureum, et de unaquaque vacca⁹ accipiat menkalem. De captivo, qui pro peccunia exierit, habeat decimam partem redemptionis. De Mauro qui pro Christiano exierit, habeat unum aureum tantum¹⁰. Axea vero procurat captivum in domo sua donec ducat eum ad propria, et

¹Domino P.

²Aliquid om. P.

³Velit F.

⁴Separatio non intercedit E. F.

⁵Hospes dominum domus E.

⁶Exea E.

⁷Rixantes E.

⁸Exatico E.

⁹Bacca P. vaca F.

¹⁰Tantum om. P.

pro illo cibo accipiat unum aureum sive pascat eum una die vel¹ multo tempore.

4. **De eo qui palearem alienum incenderit.** Mando itaque quod quicumque paliliam alienam² incenderit, pectet quingentos solidos³ et dampnum duplatum, si convictus fuerit, sin autem, salvet se cum duodecim vicinis et credatur ei⁴. Qui paleam furatus fuerit, pectet eam sicut fur, vel salvet se sicut de furto.

5. **De apibus.** Mando itaque quod si examen apum exierit de uno alveolo et in aliud intraverit in quo sint aves, dominus alveoli emat examen illud uno mencale, vel habeant illud ad medietatem. Si vero in alveolo vacuo intraverit, dominus examinis emat vas quatuor denariis et tollat illud. Item si apes alicuius super parietem alienum vel aliam domum alienam⁵ pausaverint, aut in arbore aliena, dominus suus colligat eas, ita tamen quod nullum dampnum faciat. Item si apes in alicuius domo pausaverint intus vel extra, sint domini domus, si aliud dominum non habuerint. Item si quis apes in heremo⁶ invenerit absque domino, habeat eas sine calumpnia. Item si quis alveolum cum apibus fregerit, aut dampnificaverit, pectet unum aureum. Si vero eum furatus fuerit, pectet ut larto, aut salvet se sicut de furto. Ille etiam qui apes alienas, sive in heremo⁷ sive in populo⁸, acceperit aut furatus fuerit, pectet eas sicut dictum est; et si quis alveolare alienum violaverit, pectet sicut pro domo violata vel salvet se, si probari non potuerit, tanquam pro violatione domi similiter. Et si forte apes bestiam aut hominem⁹ occiderint aut pupugerint, nulla sit inde calumpnia.

6. **De annona empta ad Augustum.** Mando etiam¹⁰ quod si quis peccuniam dederit pro annona¹¹ ad Augustum, lucretur unum almud de unoquoque mencale¹², et quicumque, sive sit

¹Sive P.

²Paleare alienum E.

³Soldos mss.

⁴Sit credatus E.

⁵Alienem P. F.

⁶Eremo E.

⁷Eremo E.

⁸Eas ad. P. F.

⁹Aut hominem om. P.

¹⁰Itaque F.

¹¹Empta ad. P.

¹²Lucretur unoquoque mencale octo denarios P. lucretur novem denarios de unoquoque unoquoque mencale (IX denarios *in rasura*) F.

Christianus sive Iudeus vel Sarrecenus, plus acceperit, pectet decem aureos iudici et alcaldibus et quereloso¹. Et hec annona si a mense Augusti usque ad Natalem non fuerit exacta, non detur usque ad Augustum. Alia vero annona solvatur sicut cetera debita².

7. **De pignoribus pani(s) et vini.** Mando etiam quod quicumque pignora in duplo pro pane aut vino aut carnibus vel annona recipere noluerit, pectet unum aureum almutazaf³ et quereloso. Verumtamen si ille, qui pignora miserit⁴, usque⁵ ad novem dies⁶ non redemerit⁷, tradantur venditori sine calumpnia; et quod remanserit de precio paccato, reddatur domino pignorum.

8. **De eo qui sine precepto extra terminum pignoraverit.** Mando quod quicumque sine precepto concilii, iudicis vel alcaldum extra terminum pignoraverit, pectet sexaginta menkales iudici et alcaldibus, et non alii.

9. **De donativo quod concilium dederit.** Mando quoque quod omne donativum, quod concilium dederit congregatum ad vocem preconis die Dominica vel die Lune post quodlibet pascha, ratum habeatur, si nemo contradixerit; quia nullum donativum concilii habebit effectum quod quinque concilii vel deinde⁸ contradixerint. Contradiccio enim paucorum quam⁹ quinque in concilio frivola sit et cassa.

10. **De pactionibus et convenientiis.** Mando itaque quod pactiones et convenientie valeant, exceptis illis que forum possunt rumpere. Quicumque enim forum ruperit, lapidetur sine calumpnia.

11. **De falsis testibus.** Similiter mando quod quicumque falsum testimonium firmaverit aut iuraverit, pectet petitionem duplatam, si testibus¹⁰ convictus fuerit; et insuper in testimonio amplius non recipiatur, nomenque eius incartetur ut

¹Querimonioso P.

²Alia vero annona quam aliquis a debitore suo exegerit accipiat estimacionem precii quam cum ab ipso anno acceperat extimari potuit vel pro ipsa Augustum expectet (quam debitore in rasura et suo expectet in margine) F.

³Almutazaph P.

⁴Misserit P. F.

⁵Usque om. P.

⁶Ea ad. E.

⁷Redimerit F. paccaverit P.

⁸Vel deinde om. P.

⁹Paucorum quam om. P. quam om. F.

¹⁰Testibus om. P.

infamia¹ sue falsitatis magis publicetur² ac magis, sive firmet aut iuret pro pacto confratrie vel collationis³. Ille itaque qui alium de falsitate mendacii iurati vel affirmati accusaverit, nec rem⁴ probare potuerit, pectet sexaginta menkales alcaldibus et quereloso. In duplo etiam falsi testimonii alcaldes habeant medietatem⁵.

12. De deposito seu commendato. Preterea mando quod pro omni deposito vel⁶ commendato⁷, quod pulsans testibus firmare nequiverit, nemo se purget nisi sacramento sui solius, et sit creditus. Verumtamen si post sacramentum rem negatam apud eum⁸ probari potuerit, reddat domino duplatam et palacio novenas⁹ sicut fur.

CAPITULUM XLII.

1. De artificibus. Mando quoque quod si artifex aliquod opus inceperit, ut turrim aut ecclesiam aut librum¹⁰, aut pontem, aut molendinum, aut domum¹¹, aut vineam, aut quodvis aliud opus, perficiat illud iuxta pactum quod fecerit; sin autem, pectet peccuniam, quam proinde acceperit, duplatam. Si forte antequam opus perficiatur, mors opificem prevenerit, heres eius accipiat quantum magister deservierat; et si plus acceperat, reddatur. Hoc facto dominus operis querat alium magistrum. Si autem heredem¹² non habuerit, superlevatores pectent peccuniam inmeritam. Magister autem qui ad tempus statutum¹³ opus factum non habuerit, pectet peccuniam quam¹⁴ acceperat duplatam. Similiter dominus operis duplet peccuniam¹⁵ quam ad placita statuta non paccaverit.

2. De carpentariis. Et si carpentarius vel cementarius

¹Firma F.

²Publice P.

³Sive pro pacto iuret aut firmet P.

⁴Ne tamen rem F.

⁵Similiter ad. F.

⁶Seu P.

⁷Commendatico F. commendatio P.

⁸Esse ad. E.

⁹Duplatam F.

¹⁰Aut librum *om.* P.

¹¹Aut domum *om.* E.

¹²Heredes P.

¹³Diem statutum P.

¹⁴Quod P. F.

¹⁵Similiter peccuniam *om.* P.

sive tector¹ in opere alieno pravum opus fecerit, emendat illud; et si quod dampnum inde evenerit, illud restituat² duplatum.

3. **De ferraribus bestiarum.** Et si faber bestiam ferraverit, et eam inclavaverit, pectet eam, si proinde linenciam incurrit. Si vero ante novem dies ferrum amiserit³, faber restituat illud; post⁴ novem dies non respondeat pro eo⁵. Faber⁶ pro bestia itaque⁷, quecumque sit, caballina⁸ accipiat⁹ soldum, et pro mulare quartam, et pro asino sex denarios. Si dominus bestie ferraturam habuerit, iactet eam ferrarius¹⁰ pro nummo; quod si facere noluerit, pectet unum aureum almutazaf et quereloso¹¹.

4. **De fabris ferraturarum.** Item si ferrarius ligonem aut vomerem, aut putatorium, aut falcum, aut securim, aut aliud ferramentum fractum pro sano vendiderit, sacramento emptoris resarciat ea die ferramentum, aut reddat ei nummos suos. Sed si faber nec hoc nec illud facere voluerit¹², pignoret eum almutazaf pro quinque solidis donec pectet, et hos solidos dividat almutazaf cum quereloso¹³ sicut forum est. Item ferrarius, qui ad diem statutum opus factum non dederit, duplet signum quod pro re¹⁴ acceperit; et si colibem aut ferrum camberit, pectet quinque solidos; sin autem, iuret¹⁵ et credatur ei.

5. **De auri fabris.** Aurifex accipiat ad pensum aurum et argentum, et ad pensum reddat; et si auro vel argento aliquid miscuerit, pectet illud ut fur, si convictus fuerit; sin autem, salvet se secundum estimationem dampni quod fecerit. Et si opus male fecerit aut fregerit lapides vel¹⁶ cambierit, pectet similiter; et omnis aurifex¹⁷ operetur marcum argenti pro quatuor menkalibus, et secundum hanc computacionem operetur illud quod maius aut minus fuerit.

¹Textor P. F.

²Restituat illud P.

³Amiserit P. F.

⁴Pro E.

⁵Pro eo om. P. F.

⁶Ferrator E.

⁷Itaque om. E.

⁸Ferrare ad. F.

⁹Accipiat om. P.

¹⁰Ferrarius om. P.

¹¹Querimonioso E.

¹²Noluerit F.

¹³Querimonioso E.

¹⁴Ipse P. F.

¹⁵Solus ad. P.

¹⁶Aut P.

¹⁷Artifex F.

6. De foro sutorum. Sutor qui sotulares arietinos pro caprinis, vel sardone pro cordovan¹, aut badanam pro quadamaci² vendiderit, pectet unum aureum querimonioso et preposito sutorum, si querimoniosus probare potuerit; sin autem, salvet se sicut forum est. Item quicumque avarcas³ aut solas canteaverit, pectet unum aureum preposito similiter. Omnis sutor qui ad diem statutum opus factum non dederit, reddat erram⁴ duplatam. Emptor quippe qui ad horam statutam precium non paccaverit, perdat erram⁵, et sutor vendat opus cuicunque sibi placuerit. Sutor etiam consuat⁶ solutarem⁷ quod⁸ sutura non⁹ deficiat¹⁰ donec solea¹¹ sit rupta; quod si facere noluerit, pignoret eum prepositus pro uno aureo, et prepositus faciat eum consuere. Verumptamen si prepositus iusticiam facere noluerit, pignoret eum almutazaf pro duobus aureis. Similiter almutazaf pignoret eum quem¹² prepositus impetraverit.

7. De foro pellipariorum. Si pelliparius pellem cambierit, pectet eam sicut fur. Ille vero qui pelles male confecerit vel apparaverit, pectet dampnum duplatum; et si sutura pellis defecerit, antequam rumpatur, pelliparius consuat eam sine precio. Quod si facere noluerit, pectet quinque solidos¹³ almutazaph et querimonioso¹⁴. Item si pelliparius ad diem conventum opus perfectum non dederit, reddat signum duplatum; et si signum non tenuerit, pectet unum aureum. Emptor itaque si ad diem statutum¹⁵ pelliparium non paccaverit, solvat precium duplatum; et est sciendum quod pelliparius nil¹⁶ habet retinere de ventriculis pellium vel aliarum scissurarum.

8. De foro sartorum. Si sartor¹⁷ aliquis de his que sibi data fuerint ad operandum aliquid cambierit, aut furatus fuerit,

¹Cordovane P. cordoban pro sardone E.

²Guadamacsci E. guadameci F.

³Abarcas E.

⁴Arram E.

⁵Arram E.

⁶Sic ad. E.

⁷Sutularem E.

⁸Quando P.

⁹Non om. P.

¹⁰Defeccerit F.

¹¹Sola P.

¹²Quando E.

¹³Soldos mss.

¹⁴Quereloso E.

¹⁵Statum E.

¹⁶Nichil E.

¹⁷Sator P. F.

pectet illud sicut fur. Nam quidam eorum quandoque solent subripere aliquid de pellibus, quandoque de lumbo, quandoque de panno. Si vero dominus dampnum probare non potuerit, sartor salvet se velut¹ de furto iuxta dampni rationem. Si autem pannum in scissura dampnificaverit², pectet eum. Similiter si vestem male stantem fecerit, aut eam commaculaverit, pectet illam. Sartor quoque si de his que sibi date fuerint ad operandum aliquid perdiderit, aut illi furatum fuerit, pectet illud. De scissuris et horis³ pannorum sartor de consuetudine nichil sibi retineat, neque de pellibus vel lumbis, quia totum est dominorum vestium. Sartor itaque si ad diem statutum⁴ vestem factam non dederit, pectet unum aureum almutazaf et quereloso⁵.

9. **De foro textorum.** Si textor filamen alienum cambierit, et querimoniosus probare potuerit, pectet illud⁶ duplatum et perdat precium texture. Similiter postquam pannus fuerit textus, reddat⁷ ei siccum⁸ et mundum, et ad pensam illam quod⁹ filamen fuerit pensatum. Et si minutus fuerit pannus in cubitalibus, aut in pensam, pectet duplatum omne defectum. Similiter si pannum male texuerit, pectet illud duplatum, vel si pannum ad diem statutum non dederit. Dominus itaque panni pectet precium duplatum, si postquam monitus fuerit a textore, ea die non paccaverit.

10. **Quod picotarius accipiat¹⁰.** Picotarius accipiat pro tela texta et tincta et tonsa duos menkales. Tela autem habeat in longitudine viginti cannas et in latitudine habeat duas cannas. Borra vero tonsure sit domini tele. Picotarius autem qui ad diem statutum telam textam, tinctam, tonsam et param tam¹¹ non dederit, pectet decem aureos. Totidem pectet quicunque in clavis aut cum¹² carrulo telam totonderit¹³. Pico-

¹Velud P.

²Dampnaverit P.

³Oris E.

⁴Statum E. F.

⁵Querimonioso P.

⁶Illum P.

⁷Redat P.

⁸Sicum P.

⁹Quam E.

¹⁰Separatio non intercedit E. F.

¹¹Apparatum E.

¹²In P. F.

¹³Tenderit P. totenderit F.

tarius autem qui plures telas quam tres simul tinxerit, pectet duos aureos: hoc ideo dicimus, quia cum plures tele simul tinguntur, penitus comburuntur. Picotarius itaque qui telam cambierit aut combusserit¹, pectet decem aureos et dampnum duplatum; et debet ordiri ad decem glomeros et ordinatura habeat septuaginta et octo cordas, et corda habeat centum fila; tot etiam fila sint in una pua pectinis², quot et in alia. Texeant ad quatuor calcas.

11. De fullonibus. De fullonibus ad presens nichil dicimus, cum ipsi habeant respondere textoribus pro dampno quod in telis fecerint, veluti si tela fuerit rupta aut male tonsa aut contra forum extensa, et textores habeant respondere dominis telarum. Et est sciendum nobis quod pro omnibus istis calumpniis habeat pignorare almutazaf.

12. De vinitoribus. Vinitores, sive qui tabernam tenuerint, vendant ad cautum concilii. Et si quis illum³ fregerit, pectet duos aureos. Omnis itaque qui vinum limphantum venderit, pectet duos aureos, si probari potuerit, sin autem, salvet se cum duodecim⁴ vecinis⁵. Tabernarius etiam qui cum alia mensura nisi cum rotunda mensuraverit, id est sine⁶ rostro, pectet duos aureos similiter⁷. Item si tabernarius superfundere mensuram non fecerit tenendo eam firmiter et directam, pectet duos aureos. Effusiones autem vini habeat emptor. Mensurator etiam qui pollicem miserit⁸ in mensuras⁹, pectet duos aureos. Tabernarius quoque, sive venditor¹⁰, qui propter hoc cautum vinum vendere noluerit habendo illud domi, pectet duos aureos, et insuper preconetur ne usque ad annum teneat tabernam, quin puniatur ad libitum almutazaf.

13. De ligniferariis. Ligniferarii, et qui honera¹¹ portant, vociferando per calles et plateas incident, ne dampnum faciant; et si forte dampnum fecerint aliquod¹² rumpendo vel impellendo,

¹Combuserit P.

²Pictinis P.

³Illorum F.

⁴Duobus P.

⁵Vivinis F.

⁶Cum P.

⁷Similiter *om.* E.

⁸Misserit E.

⁹Mensura E.

¹⁰Vinitor E.

¹¹Onera E.

¹²Aliquem P. F.

pectent illud. Tamen si lignifer firmare potuerit quod vociferando incedebat ita quod a dampnificato posset audiri, nichil pectet.

14. **De figulis laterum et tegularum.** Figuli laterum et tegularum faciant tegulas habentes duos palmos in longitudine, et in latitudine capitis palmum et dimidium, et in cauda palmum et manum, in spissitudine vero habeat quantum articulus pollicis habet in longitudine¹. Et sint adeo cocte, quod neque gelu, neque pluvia defficiant. Et si aliqua² occasione³ ante annum defecerit, figulus pectet eam. Vendatur⁴ miliare⁵ tegularum pro quinque menkalibus⁶. Forma itaque laterum habeat in latitudine palmum grandem, et in longitudine⁷ palmum et dimidium, et in grossitudine vero habeat⁸ duos digitos, et sint bene cocti. Et si ante annum cruditate⁹ defecerit later, figulus pectet eum¹⁰. Miliare¹¹ quippe laterum vendatur quatuor menkalibus et non plus; et si forte aliquis¹² hoc preceptum transgressus fuerit, pectet decem aureos almutzaaf et querimioso. Figulus autem qui ad diem statutum lateres aut tegulas non paccaverit, solvat eas duplatas¹³.

15. **De figulis ollarum.** Si figuli¹⁴ ollas nale coxerint, aut cetera vasa¹⁵, et cruditate¹⁶ defecerint, pectent eas.

16. **De precio ollarum.**¹⁷ Quot quartarios¹⁸ olla vel cantarus sive tinacula¹⁹ collegerit, tot denariis vendatur et non plus. Similiter qui pro cibaria²⁰ ollas vendiderit, vendat eas secundum computacionem predictum²¹ denariorum.

¹Habet in longitudine om. P.

²Aliqua om. E. aliqua hac P.

³Gelu vel pluvia ad. E.

⁴Vendat etiam P.

⁵Miliare E.

⁶Nova lex incipit E. F.

⁷Longitudinem F.

⁸Vero habeat om. E.

⁹Crudelitate P.

¹⁰Eam P.

¹¹Miliare E.

¹²Figulorum ad. E.

¹³Aut . . . duplatas om. P.

¹⁴Illarum ad. E.

¹⁵Aut . . . vasa om. P.

¹⁶Crudelitate P.

¹⁷Separatio non intercedit E. F.

¹⁸Quartanarios P.

¹⁹Tinacula P.

²⁰Cibario E.

²¹Predictam om. P.

17. **De figulo qui cautum custodire noluerit.** Ille autem qui¹ ad hunc cautum vendere noluerit², pectet unum aureum almutazaf et querimonioso.

18. **De foro carnificum.** Si carnifex carnes morticinas aut peccoris infirmi aut porci vel carnem mixtam, id est carnes caprinas cum³ arietinis, aut carnes fetidas vel veteres cum recentibus vendiderit, pectet decem aureos.

19. **De eo qui venationem extra plateam vendiderit.** Et quicumque venationem, ut lepores, cirogrillos, perdices, seu piscamen fluviale, in aliqua domo aut⁴ extra plateas⁵ vendiderit, sive in domo sua propria, pectet quinque aureos almutazaf et querimonioso, si probari potuerit.

20. **De eo qui extra terminum venationem vendiderit.** Quicumque etiam de termino Conche alibi piscatum portaverit, pectet quinque aureos vel iuret cum duobus vicinis et sit creditus.

21. **De apotecariis et revendoribus.** De apotecariis et revendoribus mando quod vendant et emant⁶ merces suas ad cautum concilii, et quicumque, sive sit apotecarius aut revendor aut carnifex aut piscator⁷ aut vinitor aut sartor aut tutor aut pelliparius aut textor aut quilibet ministerialis qui⁸ cautum concilii custodire noluerit, pectet duos aureos, si probari potuerit; sin autem, salvet se cum duobus vicinis et sit creditus.

CAPITULUM XLIII.

1. **De parificatione collationum.** Mando propterea quod ad honorem et augmentum⁹ civitatis quandocumque concilio placuerit, quod parificantur per collationes omnes aldee. Parificantur¹⁰ aldee tantum; cives autem numquam parificantur. Immo quelibet collatio pectet secundum numerum vicinorum.

¹Figulus qui E.

²Hunc cautum custodire noluerit P.

³Carnibus om. E.

⁴Vel P.

⁵Plateam E.

⁶Et emant om. P.

⁷Aut piscator om. P.

⁸Qui om. E.

⁹Argumentum E.

¹⁰Parificantur om. P.

2. **Qualiter domus sint coaperentes.** Mando preterea quod qui² habuerit domum suam coopertam de palea in villa, cooperiat eam de tegula; sin autem, pectet totum pectum suum, sicut non moraretur in villa. Et si tantum aliquis fuerit perfidus quod non cooperiat domum suam de tegula, dent eam³ alteri⁴ populatori, qui⁵ cooperiat eam de tegula; et ipse pectet in antea pectum suum totum. Istud⁶ fiat de turre⁷ Malvecino⁸ usque ad laborem novum de muro arrabalis⁹ sicut encerrat murus¹⁰ de parte de Xuchar¹¹, et murus de parte Hoccar¹² adentro.

3. **De eis qui non fecerint azequias.** Item mando ut faciant azequias¹³ in omnibus aldeis per quas fluant aque et rivuli congregati. Quod qui¹⁴ non fecerit, perdat ibi quinnonem suum. Et deinceps quecumque et quandocumque¹⁵ dirupte fuerint azequie¹⁶, restaurent eas et reficiant domini illarum hereditatum, que fuerint in las vegas de las azequias¹⁷. Et illi qui eas noluerint adobare et reficere, perdant suas hereditates, quas ibi habuerint, et concilia aldearum dent hereditates allis populatoribus, qui azequias¹⁸ faciant¹⁹, reparent, et reficiant, quandocumque destructe fuerint, in perpetuum.

4. **De arenare et molare et teiare.** Preterea mando quod arenam et molar et teiar ad opus muri nullus emparet²⁰, nec concilium²¹ comparet ideo hereditatem illam, ubi ista inventa fuerint²², et hoc in perpetuum observetur.

5. **Quibus debent iure habere defensas.** Mando etiam

¹Ms. domos sint coopertas.

²Quicunque P.

³Ei P.

⁴Alio P. alii F.

⁵Qui om. F. et P.

⁶Et istud F.

⁷Lacuna incipit F.

⁸Malvezi P.

⁹Aravalis P.

¹⁰Et similiter P.

¹¹Xuchar P.

¹²Occar P.

¹³Acequie fiant E.

¹⁴Si P.

¹⁵Quandocumque et quicumque P.

¹⁶Acequie E.

¹⁷Acequias E.

¹⁸Acequas E.

¹⁹Faciant om. P.

²⁰Ista ad. P.

²¹Concilium om. P.

²²Fuerit P.

quod nemo habeat defensam herbe¹, nisi ille qui domum populatam tenuerit in Concha cum uxore et filiis; et defendat ipse² duas aranzatas³ per totum annum ponendo in circuitu quinque cespites in capite quinque passuum. Si quis plus defendere voluerit, claudat eam vallato aut cum tarancellis⁴. Qui vero sic eam non clauserit, non colligat pro ea pectum⁵. Aldea itaque que⁶ ad minus tres equos non habuerit, nullam defensam habeat. Cautum autem omnium defensarum ipsum sit, quod⁷ et defense concilii.

6. Quo precio piscamen vendatur. Pisces fluviales vendantur ad libram carnis. Libra constat ex quadraginta et octo uncisi⁸. Libra autem tructarum a semalibus⁹ usque ad mazales vendatur¹⁰ pro solido tantum¹¹. Libra tructarum a minima¹² usque ad semalem¹³ vendatur¹⁴ pro decem denariis. Libra vero barbellorum a semalibus¹⁵ usque a mezales detur pro octo denariis. Libra piscium minutorum a minimis usque ad semales¹⁶ detur pro sex denariis. Tructe autem et barbelli¹⁷ mazales vendantur¹⁸ pro posse piscatoris¹⁹. Vocamus autem pisces²⁰ mazales, sive sint tructe sive barbelli, illos qui habuerint longitudinem unius cubiti pugno clauso, sine cauda et capite²¹. Piscamen autem maritimum et anguille quo precio vendatur, sit in providentia concilii. Qui piscamen, ut dictum est, trutinare noluerit, perdat piscamen, et pectet quinque aureos²².

¹Herbe om. P.

²Et ipse E.

³Aranzadas P.

⁴Tarrancellis P.

⁵Nova lex incipit F.

⁶Quod P.

⁷Qui P.

⁸Uncis P.

⁹Xemalibus E.

¹⁰Detur et vendatur P. vendantur E.

¹¹Pro duodecim denariis et non plus P.

¹²Parva P.

¹³Xernalem E.

¹⁴Vendatur om. P.

¹⁵Xemalibus E.

¹⁶Usque semales P. usque ad xemales E.

¹⁷Barbi E.

¹⁸Vendantur om. P.

¹⁹Et qui hoc cautum tenere noluerit aut pensare noluerit, perdat piscamen et pectet quinque aureos almutazaph et querimonioso ad. P. Post pro posse piscatoris *incipit nova lex* E.

²⁰Pisces om. P.

²¹Qui vero piscamen ut dictum est trutinare noluerit perdat piscamen et pectet quinque aureos ad. P. Post cauda et capite *incipit nova lex* E.

²²Qui piscamen quinque aureos om. P.

7. **De treguas regis seu concilii.** Mando quod quicumque treguas regis seu concilii fregerit, precipitetur, si capi potuerit. Si forte evaserit, quicquid habuerit, tam in radice quam in mobili¹, perdat, et mittatur in edificatione murorum.

8. **De eo qui regi² solito carius vendiderit.** Mando etiam quod quicumque merces suas³ propter adventum regis carius vendiderit solito⁴, ammittat rem care⁵ venditam, et solvat⁶ decem⁷ aureos alcaldibus et quereloso.

9. **De cauto regis.** Similiter mando quod si quis regem conviciaverit, precipitetur; si⁸ in necem⁹ eius anhelaverit¹⁰, comburatur cum tota familia sua et cum omnibus consentaneis suis. Domus eius funditus dirruatur, ut nec etiam parietes sint super terram, qui tantum nefas audivit¹¹.

10. **De custodia montium et aquarum.** Mando preterea quod quicumque a fauce ville Albe cum ingenio aliquo piscatus fuerit, excepto hamo, usque ad Belvis, capiatur et perdat quicquid habuerit. Medietas sit ad opus murorum et medietas ad opus custodum¹² montium et aquarum¹³. Istud cautum firmiter observetur a festo Quinquagesime usque ad festum Omnium Sanctorum¹⁴. Eodem modo puniatur quicumque cuniculos aut lepores ceperit a pascha Resurrectionis usque ad festum Sancti Martini. Concilium, nisi quolibet anno custodes deputaverit ad istud custodiendum, centum aureos in cauto regi persolvat.

11. **De placito conductorum.** Item mando quod laboratores conducticiei¹⁵ laborent donec campana laboratorum pulsetur in ecclesia Sancte Marie. Ille vero qui opus antea¹⁶ dimiserit¹⁷, perdat mercedem illius diei. Hoc statutum est in diebus iei-

¹Mobile P.

²Rege ms.

³Suas om. E.

⁴Solito om. P.

⁵Caro P.

⁶Pectat P.

⁷Quinque P.

⁸Quia si P.

⁹Nece P.

¹⁰Analaverit P.

¹¹Audierunt mss. Domus eius funditus dirruatur *post* tantum nefas audierunt E.

¹²Custodiam P.

¹³Incipit nova lex E.

¹⁴Incipit nova lex E.

¹⁵Conductorum P.

¹⁶Antea opus P.

¹⁷Dimisserit E.

nii; in aliis diebus laborent donec campane pulsentur ad vesperas in parrochialibus ecclesiis.

12. **De foro pugne confecte.** Si forte, quod dominus¹ avertat, concilium sive alii ab hostibus fuerint confecti, et sive in fuga sive aliter aliquid² fuerint adepti, totum sit commune omnium sociorum, tanquam si vincendo illud acquirerent; iustum enim et equitas videtur. Nam cum enim exeunt in hostem aut in expeditionem, nesciunt an victi sive victores revertantur, et tamen illud promittunt et habent in prepositum tenere. Verumptamen qui equum³ vicini aduxerit, sive mulam, habeat unum aureum a domino bestie, et reddat eam vicino sive heredibus⁴, et neque sellam neque aliud sibi retineat. Qui autem equum⁵ hostis adduxerit, habeat sellam eius aut duos aureos, quod sibi magis placuerit. Qui vero rocinum aut mulam adduxerit, habeat unum aureum, et tradat tam⁶ istud quam omne aliud particioni.

13. **De domo pro furto scrutanda.** Quicumque suspectus fuerit quod aliquod furtum celet aut cooperiat in domo sua, et querelosus domino domus dixerit cum iudice et alcalde vel duobus alcaldibus quatenus domum suam det ad scrutandum et ipse noluerit, pectet quantum querelosus dixerit in illa domo sibi esse celatum. Sciendum tamen est quod quicumque domum ad scrutandum petierit, de die debet eam petere; de nocte enim nemo debet eam petere, neque dominus dare scrutinio. De nocte tamen potest domum custodire in circuitu, ut neque latro neque latrociniu[m] extrahatur inde. Ille qui scrutari voluerit prius⁷ debet dicere quid vult, et quantum vult, et si illud cognominatum intus invenerit, habeat ipsum; si alium invenerit, quamvis dicat sibi esse furatum, non habeat illud⁸, quia prius non dixit quid et signa rei.

14. **De eo qui furtum iudici abstulerit.** Quicumque etiam iudici vel alcaldi sive deambulatori captum aut rem furatam aut in treugis predam abstulerit aut defenderit, solvat quatorcentos⁹ solidos¹⁰, si firmari potuerit; sin autem, salvet se cum

¹Deus E.

²Aliquid *om.* P.

³Equm P.

⁴Suis *ad.* P.

⁵Equm P.

⁶Enim P.

⁷Prius *om.* E.

⁸Illum P.

⁹Trecentos P.

¹⁰Soldos mss.

duodecim vicinis, et sit creditus. Illud quod¹ abstulerit, nisi ad diem statutum alcaldibus aut concilio sive regi, secundum quod incautatus fuerit, presentiaverit, sufferat penam quam sufferet ipse quem² ille defenderit³. Si vero aliud⁴ fuerit ablatum, et non homo, reddat pro eo tantum quantum alcaldes sacramento firmaverint.

15. **De cooperatore furti.** Predicto capitulo adiciendum est quod⁵ in quacumque domo furatum⁶ repertum fuerit⁷, dominus domus, qui in ea steterit, sive sit conductor sive alias, respondeat pro eo; id est, aut det auctorem maledacti aut ipse pectet calumpniam⁸ cum novenis, sicut forum latronis est⁹. Verumptamen non¹⁰ habeat iudicium mortis, nisi fuerit incartatus sive infamis vel in eodem crimen aliquando¹¹ fuerit deprehensus. Quia si talis fuerit, precipitetur tanquam si ipsem furtum illud¹² perpetrasset.

16. **Qualiter serra sit custodienda¹³.** In nomine Domini Nostri Iesu; notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod nos, concilium Conche, iudex et alcaldes afirmamus per forum et imperpetuum:

In festivitate Sancti Michaelis veniant de unaquaque collatione unum alcaldem et unum militem iurare et hos milites custodian serram et extremos et aquas et pinares et montes. Ille etiam qui pinum in serram sciderit, pectet decem aureos et absidatur ei manum dexteram. Ille autem qui censos extraherit a termino amittat bestiam et ea que secum portaverit et pectet decem aureos; et si forte vicinum non fuerit, expectetur ut Maurus. Item qui maderam levaverit, pectet decem aureos et perdat maderam. Item quicumque montem incenderit, pectet quingentos solidos vel respondeat ad reptum sicut forum est. Item quicumque conicularius quod montaverit, quando

¹Qui eum P.

²Quem om. P.

³Defendit P.

⁴Alium P.

⁵Quatinus P.

⁶Furtum P.

⁷Fuerit repertum P.

⁸Duplum P.

⁹Latronis est om. P.

¹⁰Nec E.

¹¹Aliquandiu E.

¹²Illum P.

¹³Lex vicesima prima haec eadem in sermone vulgari dicit E.

vetitum fuerit, montem, pectet decem aureos. Et quicumque
 piscator quod piscaverit cum trasmaio vel cum rete barredania,
 pectet decem aureos et illud quod portaverit. Item si quis
 exitus concilii laboraverit, pectet sexaginta menkales iudici et
 alcaldibus et militibus et hereditas sit frivola et cassa. Item
 quicumque tenuerit oves vel baccas apartadas vel comedendas
 extra villam, pectet viginti aureos. Item quicumque extra villa
 fuerit et in extremis nostris intraverit sine precepto regis vel
 sine precepto concilii, montitent ei oves de unaquaque grege
 decem arietes. Item accipient de armento baccarum unam
 bacca(m) et eiant oves et baccas a terminis ville. Item qui-
 cumque suspectam habuerit de ganato apartado et non potuerit
 probare, salvet se cum duobus vicinis et sit creditus. Ille etiam
 qui hos miles deonestaverit seu contra illos manu levaverit vel
 livores eos fecerit, pectet centum aureos; et si alicui interierit,
 pectet qudringentos aureos, et si captus fuerit, precipitetur et
 ammittat omnia quecumque habuerit. Item quicumque
 derit, pectet eum duplatum sacramento domini sui. Mando
 preterea quod quicumque aldea que ad hos milites in rixam
 viderit, sive sit pastor sive vicinum Conche, et eos adiuvare
 noluerit, pectet centum aureos. Preterea si hos milites alicui
 percosserint vel occiderint revertendo super se ipsos, nullus
 pectet calumpniam nec exeat inimicus. Et etiam parentes
 vulnerati vel mortui salutent eum in concilio; et si noluerint
 eum salutare, pro unaquaque Dominica que transierit pectent
 centum aureos et istas calumpnias sint iudicis et alcaldibus et
 militibus excepto quod non sint pro morte hominis. Item
 quicumque conquestionem habuerit istorum militum et noluerit
 eum querere a festo Sancti Michaelis usque ad natalis Domini,
 non respondeat ei postea. Preterea mandamus per forum quod
 alcaldes dent de sociis suis duo qui eant cum militibus istis
 videre exidos concilii bis in anno. Alcaldes eant ut aplacent
 et adiuvent militibus. Et etiam si milites non vocaverint
 alcaldes, pectent decem aureos alcaldibus. Item si alcaldes
 ire cum illis (noluerint), pectent decem aureos militibus. Pre-
 terea nos, concilium Conche, damus pro mercede dictis militibus
 de unoquoque grege ovium una borra ita ut fuerint iactatas per
 festum Sancti Johannis. Qui habuerit centum oves, det ei;
 et etiam qui amplius habuerit, det tali modo ut dictum est.
 Et similiter mandamus quod de armento baccarum dent bitulum
 biennem et milites colligant omnia ista mercede.

17. **De separatione pastorum¹.** Mando preterea quod omnis pastor tam ovium quam vaccarum cum a domino suo separari voluerit, expediat se ab eo in populato, et si dominus de eo querelam habuerit, querat ei superlevatorem et pulset eum usque in unum annum; anno vero preterito non respondeat ei.

18. **De statutio hereditatum.** Notandum est preterea quod super sedandis dissensionibus, que inter Conchenses vertebantur super hereditatibus taliter inter eos, domini Adefonsi² regis precepto positum est et statutum, videlicet: Quod omnis homo sive mulier de Concha, qui hereditatem aliquam usque ad redditum expeditionis³ debitoria tenuerit et possederit⁴, sine impeditione aliqua⁵ habeat eam⁶ et possideat iure hereditario, et pro ea respondere non teneatur. Attamen si quis querelam habuerit pro hereditate illa, et dixerit se⁷ ante statutionem et paramentum illud esse in captivitate⁸, aut inimicum, aut orfanum⁹ infra annos requirendi, vel tempore illo extra villam et terminum de Concha, teneatur ei respondere; et hoc statuto¹⁰, cum vere potuerit probari, in huiusmodi articulis non valeat nec propter hoc se excuset, quin¹¹ respondeat¹².

CAPITULUM XLIV.

Qualiter telonearius debet accipere portaticum.

De honore piperis accipiatur telonearius unum aureum et habeat redditum¹³.

De libra serici habeat¹⁴ unum denarium.

De quolibet panno serici vel surie, quatuor denarios¹⁵.

De troxello pannorum lini habeat dimidium aureum.

¹ Hanc legem om. E.

² Adefonsi om. P.

³ Expeditionis om. P.

⁴ Possedit P.

⁵ Aliqua impeditione P.

⁶ Eam om. P.

⁷ Se om. P.

⁸ Captivitatem P.

⁹ Orphanum P.

¹⁰ Stacio P.

¹¹ Hoc quin erasum, non ad. P.

¹² Privilegium Henrici primi Ian. die viii, anno Domini 1215, Burgis datum sequitur in codice E.

¹³ Redditum P.

¹⁴ Habeat om. P.

¹⁵ Unum denarium P.

De troxello picatorum habeat dimidium aureum ¹ .	
De viginti ² quinque coriis bovinis ³	unum menkaldum.
De honore cere	duos menkales.
De honore olei	unum menkalem.
De honore cembelino ⁴	duos menkales.
De troxello cuniculorum	unum aureum
et secundum hanc rationem accipiat pro uno vestito vel pluribus, nam viginti quinque faciunt troxellum.	
De luntria ⁵	unum denarium.
De marterina	unum denarium.
De Mauro extra villam empto	duodecim denarios.
De Mauro qui se redemerit	unum aureum.
De honore annir	dimidium aureum.
De honore sose	dimidium menkalem.
De honore grete	dimidium menkalem.
De honore lini	dimidium menkalem.
De honore cannabis ⁶	dimidium menkalem.
De bove vel vacca	quatuor denarios.
De asino	quatuor denarios.
De equo qui in terram Sarracenorum ire debeat. .	unum aureum.
De equo hic vendito	duodecim denarios.
De rocinio, equa, mulo ⁸ , mula, qui in terram Sarracenorum sint ⁹ deportandi	medium menkalem ¹⁰ .
De asino qui similiter fuerit deportandus	octo denarios.
De honore burelli	unum menkalem.
De honore ferri	quatuor denarios.
De honore salis	duos denarios.
De honore lane	unum menkalem.
De honore agninarum ¹¹	decem et sex denarios ¹² .

¹ De troxello aureum *om. P.*² Viginti *om. P.*³ Bovis P.⁴ Cembellino P.⁵ Lintrina P.⁶ De honore menkalem *om. P.*⁷ Canabi P.⁸ De equo, mulo P.⁹ Fuerit P.¹⁰ Dimidium aureum P.¹¹ Agninarum P.¹² Dimidium menkalem P.

De omnibus predictis tam¹ troxellis quam honeribus²
habeat redditum.

De honore incensi	duos menkales.
De penna cuniculorum	duos denarios.
De penna varia	sex denarios.
De honore quardamiciorum	unum aureum ³ .
De honore badanarum	medium aureum ⁴ .
De duodena ⁵ guadamiciorum et badanarum	duodecim ⁶ denarios.
De honore cupri	unum menkalem.
De honore stagni	decem et sex denarios ⁷ .
De honore plumbi	medium menkalem ⁸ et faciunt honus quatuor quintales.
De honore grane	medium ⁹ aureum.
De honore vitri	duodecim denarios ¹⁰ .
De honore caprinarum	medium ¹¹ menkalem.
De duodecim pellibus ¹² caprinis, qui honus non habuerit	unum denarium.
De duodena cultellorum	unum denarium.
De duodena forcipum	unum denarium.
De duodena capellorum camelorum ¹³	quatuor denarios ¹⁴ .
De duodena cordarum serici	duos denarios.
De duodena zonarum lanearum	unum denarium.
De honore caldariarum, ad rationem quatuor quintalium	unum menkalem.
De peza alquiciorum	unum denarium.
De peza abornoz ¹⁵	unum denarium.
De corda escariorum	unum denarium.

¹Tam *om.* P.

²Honeris P.

³De honore aureum *om.* P.

⁴De honore aureum *om.* P.

⁵Honere P.

⁶Duos P.

⁷Dimidium menkalem P.

⁸Dimidium menkalem P.

⁹Dimidium P.

¹⁰Unum solidum P.

¹¹Dimidium P.

¹²Pelles P.

¹³Camellorum P.

¹⁴Unum denarium P.

¹⁵Abbornoz P.

De peza molfamorum	unum denarium.
De duodena pannorum cardenorum	duos denarios.
De duodena pellium ¹ catunarum ² , vulparum ³ , et lober-norum	unum denarium.
De honore piscaminis maritimi	unum menkalem.
Mando etiam quod nullus exigat portaticum de cibo Chris-tianorum qui venerit Conche, ut de pane, vino, leguminibus et fructibus.	
De terra vero Sarracenorum si quis ficus aportaverit, de honore telonearius accipiat duodecim denarios ⁴ .	
De honore malogranarum ⁵	decem et sex denarios ⁶ .
De centum arietibus et assatura quam elegerit ⁷ tres aureos ⁸ .	
De unoquoque bove vel vacca	decem et sex denarios.
De Maura redempta, que filium lactens habuerit	unum aureum.
Si vero filium lactens non habuerit, det unum pro se et alterum pro filio suo.	
De porco	sex denarios.
De petaso	tres denarios.
De baccone	sex denarios.
De hedis et agnis qui lactentes non fuerint, sicut de ovibus.	
De troxello brunetarum	unum aureum.
De troxello viridum	unum aureum.
De troxello pannorum grane	unum aureum.
De troxello pimparellorum	unum aureum.
De troxello saye	unum aureum.
De troxello celestrium	unum aureum.
De troxello presseti rubei	unum aureum.
De troxello stamfort	unum aureum.
De troxello galabrunorum	unum aureum.
De troxello blanchetarum	unum aureum.
De troxello carnotensium	dimidium aureum.
De troxello pictanensium	dimidium aureum.

¹Vulparum ad. P.²Catunorum P.³Vulparum om. P.⁴Unum solidum P.⁵Malagranatorum P.⁶Dimidium menkalem P.⁷Et elegerit om. P.⁸Post vocem tres aureos interrupitur P.

De troxello cordatorum lane dimidium aureum.
 De troxello viatorum darraz unum aureum.
 De troxello ysembrunorum unum aureum.
 De troxello fuscotinctorum unum aureum.
 De troxello secobiensem dimidium aureum.
 Decem pece pimparellorum et pannorum dipre faciunt
 troxellum.

Viginti quinque galabrunorum et ysembrunorum faciunt
 troxellum.

Viginto sayarum stamfort, barracenorum aracensium, et
 brullarum faciunt troxellum.

Centum tele minus quatuor fuscotinctorum faciunt trox-
 ellum.

Viginti quatuor picotorum faciunt troxellum.

Viginti segoviensium faciunt troxellum.

Viginti quinque duodene camisalium faciunt troxellum.

Duo milia cubitorum lini grossi faciunt troxellum.

Decem pece pannorum pictanensium huiusmodi faciunt
 troxellum.

Centum itaque pannorum constat ex centum viginti et
 sex cubitis.

De corda ramcenorum quatuor denarios.

De honore pectinum operatorum duodecim denarios.

De honore vasorum ligni vel scutellarum asinino
 decem et sex denarios.

Si verum magnum fuerit honus duos solidos.

De pectinis et de vasis et scutellis non operatis
 octo denarios.

De honore capellorum palme duos menkales.

De arrova zucaris quatuor denarios.

De arrova sepi duos denarios.

De arrova unti vel sagiminis quatuor denarios.

De arrova picis quatuor denarios.

De tribus duodenis vittarum unum denarium.

De duabus duodenis corrigiarum absque fibulis
 duos denarios.

De duodena corrigiarum cum fibulis duos denarios.

De duodena fibularum unum denarium.

De honore ollarum quatuor denarios.

De honore circulorum taractantarum duos denarios.

De duodena pargameni	duos denarios.
De duodena pargameni	duos denarios.
De duodena vaginalium	unum denarium.
De duodena lignipendum	quatuor denarios
De libra croci	duos denarios.
De libra aziniani	unum denarium.
De libra minii	unum denarium.
De libra azuli	quatuor denarios.
De libra brasiliis	unum denarium.
De libra aluminis	duos denarios.
De libra alcanne	unum denarium.
De libra ceruse	unum denarium.
De tribus duodenis concellarum	unum denarium.
De libra stibii	duos denarios.
De libra auripunenti	unum denarium.
De honore ciminorum	dimidium aureum.
De libra gingiberis	quatuor denarios.
De libra cinnamoni	quatuor denarios.
De libra regalicie	duos denarios.
De libra olei epatici ¹	quatuor denarios.
Sed secundum hanc rationem de omnibus speciebus aliis telonearius accipiat.	

De omni autem mercimonio quod colibista portaverit in humeris suis telonearius accipiat unum denarium, et si bestiam habuerit, duos denarios.

Piper autem et sericum, si ultra quam libram portaverit, pectet pro eo sicut forum est.

De honore mellis	duodecim denarios.
De duodena putatorium	unum denarium.
De duodena ligonum	unum deharium.
De duodena falcium	unum denarium.
De duodena vomerum	unum denarium.
De tribus duodenis navaculorum	unum denarium.
De duabus duodenis cirotcarum	unum denarium.
De sex duodenis ferraturarum	unum denarium.
De duodena stanorum	dimidium menkalem.
De quolibet suppellectili polendi	quatuor denarios.
De sabana	quatuor denarios.

¹Olee epatico ms.

De vitta moravedia duos denarios.
 De dolio quam extraneus ab hinc portaverit dimidium menkalem.
 Pro archa octo denarios.
 Pro cuba que vulgo dicitur tina octo denarios.
 Pro cubella aque unum denarium.
 Pro quolibet ligno quatuor denarios.
 Pro duodena circulorem dimidium menkalem.
 Telonearius igitur qui pedaticum acceperit de unoquoque
 aureo det domino domus octo denarios et de unoquoque menkale
 duos denarios.

Ille vero qui emerit pannos lini de centum det quatuor
 denarios, et de duodena fuscotinctorum octo denarios, et corde
 et sarpelle sint hospitis.

De libra serici.....	unum obolum.
De peza alquicei	unum denarium.
De peza albornoz.....	unum denarium.
De corda ascari	unum denarium.
De duodena vulpinarum vel lobernorum seu catorum.....	unum denarium.
De peza picoti	quatuor denarios.
De peza burelli.....	duos denarios.
De arrova cere vel piperis.....	duos denarios.
De arrova olei	unum denarium.
De arrova cubri, metali stagni, vel piumbi unum denarium.	
De arrova lini vel canabis.....	unum denarium.
De arrova grede vel sose.....	unum obolum.
De arrova grede vel annir.....	duos denarios.
De arrova vitri.....	duos denarios.
De arrova ciminorum	unum obolum.
De unaquaque bestia	duos denarios.
De Mauro.....	quatuor denarios.
De arrova ferri.....	unum obolum.
De arrova calibis	unum obolum.
De corio bovis vel onagri.....	unum denarium.
De corio cervi.....	unum obolum.
De perna varia.....	duos denarios.
De cembelino	unum denarium.

De perna cunicolorum	unum denarium ¹ .
De limbō marterine, luntrie, vel roseroli . . .	unum obolum.
De troxello piscaminis maritimi	quatuor denarios.
De duodena cordovanorum	unum denarium.
De duodena vittarum	unum denarium.
De duodena badanarum	unum obolum.
De duodena cultellorum vel forcipum ² . . .	unum obolum.
De duodena cordarum vel texellorum	unum obolum.
De duodena zonarum ³ sericarum	unum obolum.
De quolibet panno serici vel surie	unum denarium.
De troxello cunicolorum	quatuor denarios.
De honore salis	unum obolum.
De troxello lane	quatuor denarios.
De troxello agninarum	quatuor denarios.
De troxello guadamiciorum	quatuor denarios.
De duodena eorumdem	unum denarium.
De arrova zumagi	unum obolum.
De arrova gallarum	unum obolum.
De duodena capellorum dultra mar	unum denarium.
De duodena zonarum lane	unum obolum.
De quintale caldariarum	duos denarios.
De duodena pannorum cardenorum ⁴	duos denarios.
De tela ⁵ molfami	unum obolum.
De peza brunete	octo denarios.
De peza viridis	octo denarios.
De peza scarlate	octo denarios.
De peza ⁶ galubrini ⁷ grane	octo denarios.
De pimpereli	octo denarios.
De saye ⁸	octo denarius.
De celestris	octo denarios.
De presenti	octo denarios.
De carnotensium et pictavensium	quatuor denarios.

¹Finis lacune P.²Forcicum mss.³Cordanum P.⁴Cardenorum *om.* P.⁵Tela *om.* P.⁶Peza *om.* P.⁷Galabrum P.⁸Saya P.

De barraganorum ¹ , ysembrunorum, briuarum, et arra-	
censium	octo denarios.
De segobiensis ²	quatuor denarios.
De corda ranzanorum	quatuor denarios.
De honore pectinum operatorum	unum denarium.
De honore vasorum ³ et paropsidum ⁴	duos denarios.
De pectinum, vasorum, scutellarum inoperatarum	
.....	unum denarium.
De duodena capellorum palme	unum denarium.
De arrova zucharis	unum denarium ⁵ .
De arrova sagiminis	duos denarios.
De arrova sepi	duos denarios.
De arrova picis	unum denarium.
De duodena corrigiarum sine fibulis ⁶	unum obolum.
De duodena corrigiarum cum fibulis	unum denarium ⁷ .
De duodena fibularum	unum denarium.
De honore altamiarum	unum denarium.
De honore ollarum	unum denarium.
De honore circulorum taractamtarum ⁸	unum denarium.
De duodena pargameni	unum denarium.
De duodena vaginalarum	unum obolum.
De duodena lignipedum	unum denarium.
De libra croci	unum obolum ⁹ .
De libra azeniani ¹⁰	unum obolum.
De libra minii	unum obolum.
De libra azuli	unum obolum.
De libra brasili	unum obolum.
De libra aluminis	unum obolum.
De libra alcanne	unum obolum.
De libra ceruse	unum obolum.
De libra stibii	unum obolum.
De tribus duodenis concellarum	unum obolum.

¹Et ad. P.²Sacobiensis P.³Vasarum P.⁴Paropsisidum P.⁵De arrova denarium *om.* E.⁶Sine fibulis *om.* P.⁷De duodena unum denarium *om.* P.⁸Taratanctorum P.⁹Unum denarium P.¹⁰Azemani P.

De libra auripimenti unum obolum.
 De libra gingiberis unum obolum.
 De libra cinnamoni unum obolum.
 De libra regalicie umun obolum.
 De libra aloë epaticum¹ umun obolum.
 Et secundum hanc rationem accipiat hostes de aliis specie-
 bus.
 De tribus duodenis speculatorum unum obolum.
 De tribus duodenis fuzilum² unum obolum.
 De tribus duodenis navacularum unum obolum³.
 De arrova mellis duos denarios⁴.
 De duodena putatorium⁵ unum denarium.
 De duodena ligonum unum denarium.
 De duodena vomerum unum denarium.
 De duodena cirotectorum unum obolum.
 De sex duodenis ferraturarum unum obolum.
 De duodena stanorum⁶ quatuor denarios.
 De quolibet suppellectili polendi duos denarios.
 De sabana⁷ unum denarium.
 De vita⁸ moravedia unum obolum⁹.
 Mercator etiam qui aurum emerit de marcha auri det
 octavam moravedi suo hospiti.

Mercator quoque qui troxellum cunicolorum emerit, det
 duos menkales suo hostali vel suo hospiti.

¹Epatico P.

²Falcium P.

³Finis lacune F.

⁴Unum denarium P.

⁵Putatoriorum F.

⁶Starum P.

⁷Savana P.

⁸Vitta E.

⁹Denarium P.

